Hygini Fabulae

Hyginus

Digitized by Google

L h 13.20

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE BEQUEST OF
MRS. ANNE E. P. SEVER
OF BOSTON

Widow of Col. James Warren Sever
(Class of 1817)

Digitized by Google

Digitized by Google

HYGINI FABULAE

EDIDIT

MAURICIUS SCHMIDT

JENAE

APUD HERMANNUM DUFFT

(IN LIBRARIA MAUKIANA)

MDCCCLXXII

Digitized by Google

HARVARD COLLEGE LIBRARY
JAN 26 1883
Sever Fund.

Digitized by Google

INCLUTAE LITTERARUM UNIVERSITATI

LUDOVICO-MAXIMILIANAE

CALENDIS SEXTILIBUS A. MDCCCLXXII

QUI ANNUS EST

IMPERII GERMANIARUM VICTRICIUM CONCORDIA RESTITUTI

SECUNDUS

QUINTUM SAECULUM SOLEMNITER AUSPICANTI

SACRAVIT

MAURICIUS SCHMIDT

Digitized by Google

Digitized by Google

Ordinis quem vulgata fabularum exemplaria tenent ut quae sit ratio et origo intellegi possit, proficiscendum nobis est a capite CLXXXIV *Pentheus et Agaue* inscripto, in quo plus vice simplici non leviter peccatum est. Nam ut taceamus nihil addi de Lycothersis obitu regnoque Illyrico Cadmo tradito, quarum rerum Hyginus infra (CCXL. CCLIV) ita meminit, ut earum hoc etiam loco meminisse putandus sit, in eo offendimus quod narrationi de Pentheo et Agaue institutae non modo nonnihil ad integritatem deest, sed etiam inconcinne adnectitur fabula plane alius argumenti, in epigrammate etiam Cyziceno anth. Pal. III 5 enarrati. iam vero cum Meropes et Polyphontis fortunam iam c. CXXXVIII attigerit auctor noster, sed strictim, ut suboriatur suspicio capitis illius non nisi exordium esse servatum, finem periisse, res ipsa suadere videtur, ut ambobus capitibus (CXXXVII et CLXXXIV[b]) in unum coniunctis integram auctoris narrationem recuperare studeamus. Quo facto tale nascitur historiolae initium: 'Polyphontes Messeniae rex Cresphontem Aristomachi filium cum interfecisset, eius imperium et Meropen uxorem possedit. cum qua Polyphontes occiso Cresphonte regnum occupavit. filium autem eius infantem Merope mater quem ex Cresphonte habebat absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit et q. s'. In his ea quae sunt '*cum qua . . . occupavit*' et '*quem . . . habebat*' inepte dicta esse una cum depravationis origine facile perspicitur. Hyginus enim cum haec scripsisset: 'possedit; filium autem eius infantem Merope mater absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit' locum accessionibus supra positis amplificavit is, qui inter verba '*Lycotherses excepit*' et '*filium autem eius*' deesse nonnulla primus intellexisset. Hinc, ni fallor, manifestum est librum illum msc., quem exemplaria typis expressa

Digitized by Google

repraesentant, Micylli inquam codicem Frisingensem, e libro aliquo repetendum esse, in quo bibliopegi culpa factum erat, ut haec ipsa folia quae fabulas CXXXVIII — CLXXXIV[A] (excepit) continebant medium inter fabulas CXXXVII (possedit) et CLXXXIV[B] (filium) locum tenerent. itaque in vocabulo *'possedit'* unius folii pagina aversa finiebatur, ab eo autem quod est *'filium'* sequentis folii pagina recta incipiebat, antequam vir doctus aliquis, ut membrorum per se dissociabilium aliqua simularetur cohaerentia, unum versum *'cum qua . . . occupavit'* (XLVIII literis constantem) insereret eumque novae paginae primum esse iuberet. Quae cum ita sint, capitibus CXXXVIII — CLXXXIV[A] exulantibus liberum erit postliminio redire eum in locum, quem ante ordinem a bibliopego novatum sive epitomatoris arbitrio sive ipsius auctoris consilio occupatum tenebant. hunc igitur locum ut indagemus, dura nobis suscipienda provincia est, ut nullo in praesentia ad reliqua Hygini tmemata respectu habito capita illa sex et quadraginta seorsim percenseamus.

Qua in re prae ceteris nobis negotia facessit ea fabularum series quae a capite CL usque ad CLXIII pertinens cum reliquis frustulis tantopere discrepat, ut aegre tibi persuadeas ei auctoris voluntate locum inter illa concedi potuisse. nam cum potior fabularum pars in consueto narrandi genere persistat tredecim ista capita ad exiliorem genealogorum orationem deflectunt. verum tamen utrum interpolatore duce huc irrepserint an bibliopego auspice devenerint, quamquam quaerendum nobis praevideo, diiudicare minime ausim. Praeterea molestiam exhibet fabula CXLI *Sirenes* inscripta propterea quod, cum dicit Sirenes Acheloi filias volaticas esse factas, id dicit factum esse Cereris voluntate, quod Proserpinae auxilium non tulissent. Fieri enim non potest ut haec narratio temere divellatur ab iis capitibus, in quibus et ipse Proserpinae raptus (CXLVI) et Cereris post amissam filiam errores (CXLVII) commemorati erant. Hic laboranti ordini opem laturo viae aperiuntur duae. poterit enim aut caput CXLI post CXLVII collocari aut CXLVI. VII medio inter CXL et CXLI loco poni. nam quamquam minime necessarium erat, ut capitis CXLI auctor etiam raptum Proserpinae Cererisque migrationes commemoraret, hoc tamen cogitatione praesumi poterit, scriptorem mentis compotem utramque fabulam enarraturum initium narrandi non facturum fuisse

Digitized by Google

a re Proserpinae raptu posteriore. quod si quis neutram comprobare voluerit transponendi rationem, huic videndum erit, quomodo aut c. CXLI aut CXLVI. VII aliunde illata esse probabilibus argumentis evincat. Certe capita CXLIII et CXLIIII traicienda esse manifestum est, cum a Pandora ad Prometheum non magis impeditus sit aditus quam a Phoroneo ad Niobam et Io. Offensionem multo graviorem habent capita CLI et CLII^{A}, quorum alteri alia adhaeret fabula, quamquam numero non insignita, eaque Phaethontis sortem sic referens ut dubitari nequeat, quin caput CLIII proximum sibi comitem adsciverit. iam vero cum Phaethontis fabulam vel ex Ovidii Met. I 750 sciamus veteres ab Epaphearum rerum relatione, quibus capita CXLVIIII. CL sunt dicata, non separasse, perquam moleste ferimus, quod capitibus illis CLI. II^{A} loco importuniore intrusis continuum narrationis filum interciditur; hic igitur, ni fallor, sciolum aliquem interpolationis habemus manifestum, qui cum titanomachiam arbitratus sit omissa gigantomachia stare non posse, res etiam ad Typhonem pertinentes sibi adiciendas esse duxerit. At ne Phaethontea quidem ab omni adulterii suspicione remota sunt: quin etiam in inscriptione capitis CLIIII quae est '*Phaethon Hesiodi*' peccatum videtur. nam hoc ipsum quod auctor tmematis huius Hesiodo teste usus est, tantum abest ut inscriptioni fidem faciat, ut cautiore opus esse videatur consilio. Nos in locum Hesiodi substituimus '*Heliades*', quod in ipso, si quid video, codice Frisingensi scriptum a Micyllo corruptum est. accedit quod bis narratur aurigae infelicissimi praecipitatio (c. CLII^{B} et CLIIII) quorum alterius fons ignoratur, alterius auctor est Ovidius: neque ambiguum esse potest utrum caput sit adventicium. nam cum auctoris haec sint c. CLII^{B} 'hunc Iupiter cum fulmine percussisset omnia |incendio| ardere coeperunt. Iovis ut omne genus mortalium cum caussa interficeret simulavit se id velle exstinguere' his ipsis capiti CLIII quodammodo prolusit neque caussam habuit quod iterum in c. CLIV narrationem ad Phaethontem reflecteret.

Transimus ad capita CLXIV—CLXXXIV^{A}. Eorum manipulatim instructam aciem hanc esse CLXIII—VII. CLXVIII—CLXX. CLXXI—V. CLXXVI—VII. CLXXVIII—CLXXXIIII^{A} primo adspectu apparet, accuratius tamen omnia visu obeunti complura incurrunt oculis quae profecto nec recte nec ordinatim disposita esse

Digitized by Google

contenderis. Quorum haud scio an incommodissimum illud sit, quod c. CLXXXII. III subito non modo ad Oceani Iovis nutrices sed etiam equorum Solis Horarumque nomina revocamur. quo enim consilio, ne quid de inepta inscriptione *(Oceani filiae)* dicam, neve urgueamus duo capita aperte in unum conflata, auctorem putemus eo induci potuisse ut hoc loco de Iovis Bacchique nutricibus fabularetur? quamquam quod auctori non licuit, hoc fortasse indulsit sibi interpolatoris arbitrium, quem cum maiorem capitis CLXXXII partem, ut par est, post c. CLXXVIIII collocatam reperisset, ibique Bacchi nutrices commemorari vidisset, de suo Iovis etiam nutrices addidisse suspicor. at caput CLXXXIII quisquis intulit qua tandem mente intulerit non assequor. Coniciat quispiam Solis equorum mentionem ad Phaethonta pertinere, indeque ad Horas etiam, quippe quae Solis equos currui iungere solitae sint, facillime sermonem delabi potuisse; at vereor equidem ne haec ratio non magis probari possit, quam Bursiani commentum qui p. 9 totum caput CLXXXVIII ex Hygini genealogiarum libro secundo excerptum esse suspicatus est. Namque parum verisimile videtur hoc unum caput e longinquo huc delatum esse, nisi quis casu prorsus singulari hoc factum esse statuat. Certius est de c. CLXVII, quod Liber inscriptum est, iudicium. Spurium enim esse et eo arguitur, quod fabulosis de Minerva et Danai progenie narrationibus immixtum est et quod suo loco c. CLXXVIIII similia referuntur. Denique capita non numerata (CLXIV^{AB}) e Fulgentii mythol. III 8. 10 involasse dudum ab aliis intellectum est. non ignoro quidem apud Apollodorum etiam III 14, 4 Myrrhae eo loco mentionem fieri quo Cecropidarum fata narrantur, sed quid aut Cecropis proli cum Orpheo aut Myrrhae cum Minerva? — Tantum de singulis fabulis ordini infestis. superest ut in universum dicam de ordine, cui quinque illa argumenta, quae supra deducta esse demonstravimus, adstricta voluerit mythographus noster. eum enim quo nunc tractantur, neque antiquum esse neque rei convenientem, quis neget? ab Atheniensibus enim ad Argivos, ab Argis in Aetoliam, inde ad Arcadas, ex Arcadia Thebas abripimur, nexumque arctissimum quo Argivorum fabula cum Thebana copulata est quominus perspiciamus, capitibus CLXXI—VII importune interpositis prohibemur. huic igitur incommodo cum optime occursuri simus si tria capita (CCXVIII—

CLXX) Danai rebus destinata post c. CLXXVII traiecerimus, non dubitaverim equidem hanc vulgati ordinis mutationem admittere. quo facto senties hoc sibi proposuisse mythographum, ut Beli et Agenoris Libyae filiorum qui fuerint filii nepotes pronepotes duplici fabularum agmine exponeret, ac primum quidem Beli progeniem ad Abantem usque quartum deduceret, deinde ab Europae raptu exorsus Agenoridarum, id est Cadmi Semeles Autonoes Actaeonis Agaues Penthei calamitates continuaret. neque illud non feret assensum, quod traiectis illis capitibus fabularum CLXXVI. VII biga (Lycaon Callisto) vulgo post CLXX posita proxime iam antecedet Belidarum fabulas, cum, qui Pelasgum Lycaonis patrem indigenam fuisse negarent, eum Nioba Phoronei filia procreatum perhiberent, Libyae Epaphi filia proavia. Postremo loco in tria capita inquirendum est CLXIV — VI 'Athenae, Marsyas, Erichthonius' inscripta, in quae manum interpolatoris grassatam esse supra diximus, ubi de Orpheo Myrrha Libero patre sententiam nostram aperuimus. quaecunque c. CXLIII — V. IX — CLIII continentur cum argumento capitum CLXVIII — CLXXXIV hoc habent commune quod circa heroum versantur fabulas, quarum agmen ducit, id quod data opera factum esse patet, Phoronei historia, nimirum ut edocerentur lectores Phoroneum primum in terris regnasse et deorum templa prima constituisse, Nioben autem eius filiam primam omnium mortalium ab Iove compressam esse. quaecunque vero capiti CXLIII praemissa sunt argumenta non iam ad heroum fabulas pertinent sed deorum historias. verisimile quidem est hoc ipsum argumentum in congerie nostra antiquitus prolixius tractatum fuisse, sed vel e praesenti huius particulae condicione, licet humillima, mythographi consilium illud, relatis numinum fatis nobilissimas etiam heroum fabulas delibandi, dilucidissime apparere censeo. in iustam igitur Hyginus videretur incurrere reprehensionem si rem sic ut nunc factum est instituisset, ut in heroum fabulas subito iuberet incursionem facere tria vel quatuor capita CLXIV — VI [VII] e deorum historiis selecta. nam quod de Minervae inventionibus agitur postquam irrigationis meminit tempore Deucalionis factae, a qua novum in orbe terrarum rerum ordinem initium ducere creditum est, ea re vereor ut satis probabili uti turbati nexus genealogici excusatione possimus. cuius si caput CLXIV accusaretur solum, defendi quo-

dammodo eo posset, quod fuerunt etiam qui Neptunum Minervae victrici succensentem terram Atticam inundasse traderent et ipsum cataclysmum (Apollod. III 14, 5) in Cranai aetatem, quem Deucalionis filium Erichthonii avum fingebant, incidisse. at ne sic quidem non offenderemus in eo quod capitis CLXIV[A] verba novissima *quod oppidum in terris primum dicitur esse constitutum* non bene coirent cum iis, quae c. CXLIX de Epapho primo oppidorum in Aegypto conditore relata vidimus. verum tamen non unum illatum est caput CLXIV[A] (cf. CCLXXV) sed adicitur fabula de tibiis a Minerva inventis et Marsyae cum Apolline certamine. hanc vero ab Apollodoro in exordio operis sui traditam esse ignorat nemo, neque verba auctoris nostri '*Minerva tibias ex osse dicitur cervino prima fecisse*' cum capitis CLXIV[A] exitu comparanti dubium esse poterit, quin in eligendis etiam deorum fabulis hoc potissimum spectaverit, ut quid quisque deus *primus* invenerit, vel docuerit homines, memoriae traderet. cf. CXLII. III. quae cum ita sint intellegere mihi videor, capita CLXIV—VI[VII] aliquando locum obtinuisse iis capitibus vicinum, quae Cereris beneficia celebranda sibi proponerent, ac tantum abesse ut mythographus omnia confuderit, ut transitu a deorum fabulis ad heroum infortunia facto inventorumque beneficiis continua fere serie enarratis munere narratoris optime defunctus sit. Hoc igitur iudicium faciemus de c. CLXIV—IV, si a veritate non abhorret quod hucusque pro certo et explorato sumpsimus, capitum illorum eundem esse atque reliquarum operis partium auctorem. sed cum non ignoremus ad haec nonnulla nobis non modo obtendi posse, sed etiam contradicta non sine probabilitatis specie defendi, necesse est, ut his etiam dubitationibus quoad fieri possit occurramus. Ac primum quidem idem Fulgentius, e cuius mythologicorum libri III capp. X et VIII[o] capita CLXIV[BC] in Hyginum irrepsisse diximus, III 9 etiam in Marsyae fortunam et II 14. 15 Erichthonii et Liberi generationem, etsi non plane iisdem verbis atque Hyginus, tamen narrationis genere tam simili usus commentatus est, ut quatuor etiam, in quae inquirimus, capitum parens haberi possit, praesertim cum quartum, quod 'Liber' est inscriptum, etiam alio nomine sit suspectum. Verumtamen si quis attentius rem consideraverit, hanc quoque suspicionem concidere atque ad nihilum redigi animadvertet. Equidem Bursiani obser-

vationi cuidam in Zarnckii nunc. litter. 1864. n. 46 p. 1197 prolatae, in amphora etiam anziana (vide compte rendue de la commission impériale archéologique pour 1862 avec un atlas St. Petersb. 1863 tab. VI) Marsyae cum Apolline certamen et Iunonem ab Vulcani vinculis solutam Liberumque patrem ab artifice esse consociatos non tantum tribuerim ut nullam amplius dubitandi caussam relictam dicam (c. enim CLXVII ex CLXXVIIII expressum esse arbitramur); neque hoc argumento uti velim quod aliae quoque fabulae, quarum origines sunt Atticae, loco importuniore narrantur, veluti, ut unum exemplum depromam, Philomeles (XLV) et Erechthei (XLVI) fabulae — sed validissimum argumentum hoc censeo, quod, cum c. CLXIV (Athenae) vindicare sibi nequeat Fulgentius, duo sequentia capita proscribendo non multum profecturi essemus, quoniam vel sic heroum fabulae una certe historiola aliorsum pertinente dirimerentur. Quodsi fieri non potest, quin uni alicui fabulae Atticae patrocinemur, non est quod reliquas odio persequamur: imo Minervam etiam plus uno capite celebrari laetabimur. ac profecto, si tria illa capita nobis recidenda fuissent, haud dubie quaesitum esset, quid auctorem commoverit, ut earum fabularum in quibus Minervae partes priores essent deferendae nullam commemoratione dignam haberet. itaque iure mihi videor in sententia mea permanere c. CLXIV—VI casu aliquo e vicinia capitis CXL in eam quam nunc occupant sedem aberravisse. Licebit iam aliquantisper pedem figere, et qui videatur pristinus capitum CXXXVIII—CLXXXIV[A] ordo fuisse inserta hac tabula repraesentare:

CLV Iovis filii
CLVI Solis filii
CLVII Neptuni filii
CLVIII Vulcani filii
CLVIIII Martis filii
CLX Mercurii filii
CLXI Apollinis filii
CLXII Herculis filii
CLXIII Amazones
CXXXVIII Philyra in tiliam versa
CXXXVIIII Curetes
CXL Python

CLXIV[A] Athenae
[B] Orpheus
[C] Myrrha
CLXV Marsyas
CLXVI Erichthonius
CLXVII Liber
CXLVI Proserpina
CXLVII currus Triptolemi
CXLVIII Vulcanus. Harmonia
CXLI Sirenes
CXLII Pandora
CXLIV Prometheus

CXLIII Phoroneus
CXLV Niobe. Io
CXLVIIII Epaphus
CL Titanomachia
CLI Typhone et Echidna geniti
CLII[A] Typhon
CLII[B] Phaethon
CLIII Deucalion et Pyrrha
CLIV Phaethon. Heliades
CLXXI Althaea
CLXXII Oeneus
CLXXIII qui ad aprum Calydonium ierunt
CLXXIIII Meleager
CLXXV Agrius
CLXXVI Lycaon
CLXXVII Callisto
CLXVIII Danaus
CLXVIIII[A] Amymone
[B] Amymone
CLXX filiae Danai quae quos occiderunt
CLXXVIII Europa
CLXXIX Semele
CLXXXII[A] Oceani filiae
CLXXXII[B] Liberi nutrices
CLXXXIII equorum Solis et Horarum nomina
CLXXX Actaeon
[CLXXXI Diana] et canum nomina
CLXXXIV[A] Pentheus et Agaue

Hanc igitur tabulam qui inspexerit facile observabit, ampliore fragmento genealogico CLV — CLXIII secluso ordinem ab auctore institutum hac una de caussa gravius turbatum esse, quod septem illa capita CLXIV[A] — VII. CXLVI — VIII, quibus nunc medium inter capita CXL et CXLI locum recuperavimus, in duos manipulos distracta alienos locos invaserunt. Ab Apollodoro mythographus noster in hac re sola discedit, quod ille fabulas Atticas tertio libro reservare maluit; in reliqua argumenti dispositione tanta est Hygini et Apollodori concordia quanta exspectari potest in scriptore latino quem graeco mythographo itineris duce usum esse nequaquam constat. quin etiam illud, quod in Hygino, qui dicitur, Deucalionis fabulae continuo adnexa est de apro calydonio narratio ex eodem Apollodoro facillimum habet explicatum. Hic enim postquam diluvii mentionem fecit (I 7, 2) primum Aeolidarum stirpem recenset, deinde I 8, 1 — 6 Oenei Althaeae Meleagri rebus expositis ad aprum Calydonium transit. in Hygino, quippe qui omnem narrationis telam ab Inachi gente exordiri maluerit, cataclysmi fabula non minus quam titanomachia intexta quidem est rerum ab Inachidis gestarum historiolis, at tamen (id quod caput rei est) post c. CLIII in tempus

aliquod tenor eo usque servatus interciditur, ut narretur fabula de apro calydonio, Aetolicarum facile nobilissima, (CLXXI—V), quo facto statim in c. CLXXVII ad Inachi posteros orationis cursus reflectitur. ac de Lycaone quidem et Callisto, Arcadica Phoronei prosapia, quo strictius dixerat, eo prolixiore amplitudine usus est in referendis eorum posterorum fortunis, qui a Libye Epaphi filia Beli et Agenoris matre oriundi partim Danao Beli filio prognati ad Argivorum fabulam pertinent, Perseoque Abantis et Hercule Persei abnepotibus inclaruerunt, partim Cadmo et Europa Agenoris filiis editi radices quidem egerunt Thebis inque Creta insula, sed ramosiores facti altero surculo (— Ino dico Athamantis coniugem) Aeolidarum gentem attingunt, altero (Minoem dico Europae filium) laetius efflorescente Atticae fortunae obfuerunt.

Perspecto iam penitius mythographi in rebus adornandis consilio, non potest ambiguum esse, quem in locum capita sedibus suis mota (CXXXVIII—CLXXXIV[A]) revocanda sint. exorsus est Hyginus opusculum suum a capite genealogico sive theogonia nescio qua in compendii formam redacta, quae, si extremam eius particulam a verbis 'ex Sole . . .' incipientem privato ni fallor epitomatoris consilio postea traiectam exceperis, in Sirenum Acheloi et Melpomenes musae filiarum genealogiam desinebat. mox primam libri partem satis ieiunam excipit altera multo copiosior, a qua nunc toti opusculo fabularum nomen est inditum, duabus tmematum centuriis universam deorum heroumque fabulam perstringens. Haec vero pars utrum integra ad nos pervenerit, an parte aliqua corporis truncata, ne quaesitum quidem est ab editoribus, sed cum viderent Athamantis Themistus et Phrixi Hellesque fata deinceps enarrari, arbitrati sunt Hygini opusculum Aeolidarum progeniem primam sibi illustrandam sumpsisse, sive, quod eodem fere redit, scriptorem argonautica expositurum c. XII—XXVII (XXVIII) praefationis loco c. I—V de Aeoli stirpe quae quidem huc pertinere viderentur praemisisse. Atqui hac opinione nihil a vero abest longius, quippe quae capitum VI—XI nullam plane rationem habeat. imo muliercula, cui per quatuor ista capita primae deferuntur, Ino est Cadmi filiarum quarta postea in deas relata et mater Matuta appellata. huius qui scelera enarraturus erat facere sane non poterat, quin Athamantis etiam Aeoli filii, cui nupserat, infausta coniugia

simul perstringeret: nihilo tamen secius neque Nebulae neque Themistoni, quas idem duxerat ante Ino uxores, primas detulisse fabulatorem, sed Inoni, documento esse potest caput VI (*Cadmus* inscriptum) quod addi nisi a scriptore delirante non poterat, si de Aeolidarum potius fatis, quam de gente Cadmea disserere sibi proposuerat. Quod si capitum CXXXVIII—CLXXXIV[A], ut supra demonstravimus, septem novissima (CLXXXII sqq.) ad tres Cadmi filias pertinent, Semelen inquam Iovis fulmine percussam et Autonoen Actaeonis matrem Agauenque Penthei caede pollutam Illyriorumque regi Lycothersae nuptam, ab hac certe parte proxime attingunt eos congeriei Hyginianae terminos, quos hucusque partem genealogicam spectare diximus. neque de eximendo aut traiciendo c. VI amplius cogitare licebit, quippe quo post Agaues nuptias Illyricas capite CLXXXIV[A] relatas recte atque ordine narretur, quî factum sit ut Cadmus, cui Lycotherse interfecto regnum a filia traditum esse e c. CCXL et CCLIV accipimus, in Illyriae regionibus cum Harmonia uxore sua in dracones sint conversi. restabant quidem vel sic plurima, quae de Cadmi nepotibus erant referenda: atque capite LXVI cum auctorem ad Laium Polydori Cadmi filii nepotem rediisse videamus quaeri sane poterit, qua caussa commotus ille, tenore narrationis post c. VI interrupto, c. VII—XI hoc loco addere quam capitibus CLXVI—CLXXVI praemittere maluerit: video tamen, ad haec quae responderi possint. Habebit enim Hyginus excusationem paratam e Chloridis, Amphionis Thebani filiae, cum Neleo Pyliorum rege conubio, qui cum Peliae, c. XII commemorati, fuerit frater uterinus ex Tyro Salmonei filia procreatus, apparet utramque Thebanorum regum seriem Aeolidarum genti, ad cuius fabulam transiturus erat mythographus, affinem fuisse, alteram Inus et Athamantis, alteram Chloridis et Nelei coniugio.

Nec laxiore vinculo, quam quo exulantium capitum extremum primo fabularum capiti aptatum est, etiam illud quod agmen eorum duxisse credimus cum postrema genealogiarum parte conexum est. nam cum capitibus CLV—CLXIII, dummodo quae hucusque sunt disputata probabiliter dicta sint, locus relinquatur nullus, nisi capiti CXXXVIII proximus, protinus more plane Hesiodeo genealogiarum excerpta cum divinae prolis catalogo in unum corpusculum coeunt, unde manifestum est, septem et quadraginta illa capita de sede

suspecta casu in eum, quem nunc occupant, locum esse delata, auctorem autem cum libellum tripartitum ederet hoc habuisse propositum, ut primum deorum heroumque origines breviter describeret, deinde minus arcto concisoque dicendi genere usus eandem materiem tractaret copiosius fabularumque tanquam penu conderet varietate promptissimum, denique uberiore filo iterum spreto a c. CCXXV—CCLXXV res in prioribus partibus enarratas ad argumenti similitudinem disponeret, non quo doctis opinor literatisque eas in memoriam redigeret, sed ut haberent discipuli quae ex memoria in ludis literariis exponerent*). Quod si dubitari nequit, quin c. CLV—CLXIII ad primam, c. CXXXVIII—CLIV ad secundam opusculi partem pertinuerint facile intellegitur, quomodo fieri potuerit ut duo frustula e prooemio genealogico repetenda turbas faciant in illarum particularum finibus, ubi nunc numero CLVI o (Solis filii) et CLI (Typhone et Echidna geniti) insigniuntur. nam expedita erat ex agro satis vicino in conterminum migratio. quod vero inter deorum filios etiam Herculis filii recensentur huius rei vel duae possunt caussae excogitari. Ac possimus quidem in ea acquiescere, quod Hercules exuta mortalitate in immortalibus et ipse numerari coepit; haud scio tamen an praestet altera explicandi ratio ut c. CLXIII fragmentum esse statuamus amplioris cuiusdam capitis nunc deperditi, quo, ut a mythographo Vaticano primo in III 204 factum videmus, praeter deorum dearumque liberos etiam heroum heroinarumque filii enumerati fuerint. neque persuasit mihi Bursianus c. CLXIII (Amazones) frustulum esse a c. CLVIIII (Martis filii) avulsum, quum probabilius videatur filiarum nomina sparsim obvia ab interpolatore esse illata, quam id quod est 'filii' de liberis utriusque sexus hic intellegenda esse. suspicor potius deorum heroumque filiis masculis recensitis, eorundem filias etiam singulari capite comprehensas fuisse, denique ut hoc addam eodem ordine dearum heroinarumque cum filios tum filias enarratos. omissa autem videtur haec catalogi pars epitomatoris culpa, cui non mirum est in describendis tot nominibus taedium coepisse obrepere, ut proba eorum multitudine resecta ad venustiora fabularum capita describenda properare

*) E. c. MAG. recita 'matrum nomina quae filios suos occiderunt' DISC. 'Medea ... interfecit' (c. CCXXXVIII) MAG. recita Medeae fabulam. DISC. 'Medea ... profugit Corintho' (c. XXV)

maluerit. Verum tamen solvendae quaestioni ei, quota integri operis pars periisse videatur, infra operam navabimus, ubi capitum CCXXIV—CCLXXVII stamina nobis retexenda erunt. nunc videamus, quomodo scriptor officio suo patefaciendi nobis fabularum heroicarum aditum a c. CXII satisfecerit.

Itaque Inus et Chloridis fabulis adnectit argonautica, Aeolidarumque fabulam decantatissimam exorsus a duobus Aeoli abnepotibus, Pelia Salmonei (XII) et Iasone Crethei (XIII) nepote deducit ad Medum usque Medeae ex Aegeo filium, Medorum conditorem, data ni fallor opera, ut, quae de Aegeo eiusque filiis essent dicenda, locis exponerentur diversis quidem sed aptissimis neve cogeretur post c. CXXXVII ad alterum filium ex advena muliere procreatum lectorum animos advertere. denique Peliae et Iasoni in c. XXVIII addi Otum et Ephialtem non mirandum, cum et ipsi Aeoli sint abnepotes, Canace Aeoli filia geniti; magis mirum praeter eos ex Aeoli stirpe nullum amplius additum esse, sed in hoc capite abruptius finiri earum fabularum agmen cuius primos manipulos in c. CLXXI—V nobis deprehendere visi sumus. verum hoc utrum auctoris consilio factum sit an casu evenerit diiudicandi occasioni infra se oblaturae non deerimus. Mox a c. XXIX (Alcumena) Herculis fabulam aggredimur, quod cave credas argumentum esse plane novum. Re vera enim auctor capita XXIX—XXXVI, licet iure reprehendas de Amphitruonis maioribus Alcaeo Perseo Danae Acrisio nihil afferri, continuavit capite CLXX (Danai filiae), quo Inachidarum res ad tempora Abantis, Acrisii patrem erant deductae. ac demonstraturi sumus Abantis posteros illos ne deesse quidem sed locum invasisse alienum. Sequitur a c. XXXVII—XLVIII Cecropidarum historia capite '*reges Atheniensium*' inscripto absoluta. ad hanc a capite CXXVII cur non inepte videatur transitus fieri supra diximus. accedit quod non decipienda erat lectoris exspectatio fore ut tandem denique non modo Thesei, quem et ad aprum calydonium ivisse et Argo navem conscendisse c. CLXXIII et XIV compererat, praeclare gesta, sed Minois etiam Europae filii facta a Thesei rebus non facile separanda narrationis lumine illustrarentur. nascebatur quidem ex hoc rerum ordine atque nexu incommodi aliquid, ut de Philomelae Pandionis filiae transfiguratione Erechtheique filiabus pro patriae salute immolatis post Theseum demum disseri

posset, viderenturque hae fabulae tanquam in cumulum accessisse; sed satis cautum erat adiecto regum Atheniensium indice ne quis aut Philomelae aut Chthoniae aetatem ignoraret. Loci singularis quem Hippolyti fabula obtinet (XLVII) rationem infra reddemus: Procridis vero et Phyllidis fabellas si quis miretur hic omitti, licet in regum indice compareant et Cephalus Procridis maritus et Demophoon Phyllidi desponsus, alteramque caput LVIIII efficere, alteram c. CLXXXVIIII tractari, de Procri haec habeo quibus auctoris caussam defendam. Si non improbabile sit libri auctorem in concinnandis c. XII—XXVII Argonauticis, XXVIIII—XXXVI Heracleide, XXXVII—XLIV Theseide aliqua usum esse, facile fieri poterat, ut de loco dubitaret quo fabulas ex his fontibus non hauriendas apte insereret. Itaque laude potius quam vituperatione dignus videtur, quod alium locum circumspiciebat, quo non minus commode legerentur. Iam vero c. CLXXXV—CXC furta mulierum virginumque formosissimarum traditurus erat, Atalantae Melanippae Theophanes Alopae. quid rei naturae convenientius quam ut earum coetui etiam Procrin Theonoen alias adscriberet? Phyllidis autem in locum alienum migratio ut explicari possit uberiore opus est disputatione. Capita XLVIII (reges Atheniensium) et LXVI (Laius) distinentur capitum septendecim numero caterva, quorum ordo neque temporum ratione neque heroum genealogiis neque alio quodam quod quidem perspici possit consilio nititur. qua propter cum primum ad hunc scopulum illiderer, suspicabar coacervatam esse h. l. eiusmodi fabularum turbam, quarum referendarum in prioribus libri partibus propter caussam allatam occasio defuisset mythographo. quod quamquam cadit in capita L. LI. LVII. LX. LXI. LXV Alcestis Admetus Bellerophon et Stheneboea Sisyphus Salmoneus Alcyone inscripta et ex Aeolidarum historiis excerpta, nec non in capp. LXIII. IV. LIV. VI (Danae Andromeda Thetis Busiris) quorum aliquis cum Hercule est nexus, denique in XLIX. LIX (Aesculapius Phyllis) quae sunt fabulae Atticae originis, tamen non idem cadit in argumenta reliquis capitibus tractata LII Aeginam LIII Asterien LV Tityum LVIII Smyrnam LXII Ixionem: et quod gravissimum est, ne eae quidem fabulae quarum aliqua argumenti est affinitas unam quasi classem constituunt, sed velut naviculae tempestate dispersae in vasto pelago feruntur. Itaque ad inter-

polationis suspicionem confugiendum nobis esset nisi forte fortuna demonstrari posset, ordinem a scriptore institutum fortasse foliorum transpositione turbatum esse. singulis enim capitibus in singula folia sic ut tabula praecipit distributis

1 r.	1 v.	4 r.	4 v.	8 r	3 v.	2 r.	2 v.
Alcestis	Aegina	Thetis	Stheneboea	Smyrna	Sisyphus	Danae	Andromeda
	Asterie	Tityus		Phyllis	Salmoneus		Alcyone
		Busiris			Ixion		

statim hic fiet singularum fabularum ordo: Alcestis Aegina Asterie Danae Andromeda Alcyone Smyrna Phyllis: Sisyphus Salmoneus Ixion Thetis (h. e. Promethei aquila) Tityus Busiris Stheneboea; cuius ordinis non latet ratio. Quotcunque enim capita mulierum nominibus sunt inscripta paucis exceptis circa mutatas corporum formas versantur, quorum vero mascula sunt nomina sceleratorum apud inferos et sub dio poenas describunt. Alterius generis sunt LII. III (Eudoc. p. 81) LXV. LVIII (Nemesian. Cyneg. 26) LVIIII quae fortasse e libro aliquo *μεταμορφώσεων* ad literarum ordinem digesto sunt delibata, alterius LX. LXII. LXI. LV. LVI. Concedamus quidem oportet, sex capita ad neutram familiam pertinere, sed secedunt tamen etiam haec in duos ternarum historiolarum ordines, quorum alteri quid suum locum destinaverit certis affirmari potest rationibus. consocianda enim sunt haec tria priora XLVIIII. L. LI. (Aesculapius Admetus Alcestis) et LVII. LXIII. IV (Stheneboea et Bellerophon Danae Andromeda). Theseide igitur lugubri Hippolyti interitu consummata (c. XLVIII) ad Aesculapium, quem fuerunt qui Hippolyto vitam reddidisse traderent, facilis erat transitus, nec difficilior ab Aesculapio ob id fulmine icto ad Apollinem Cyclopum occisorem eiusque apud Admetum Alcestidis coniugem hospitale servitium. etiam mythographus Vaticanus primus I 46 p. 17, 22 historiarum ordinem eundem esse voluit. qua in re cum ab Hygini auctoritate profecto non pendeat, sed veterem mythographorum morem secutus videatur, apparet non modo eum locum, quem capita XLIX—LI post enarratam Thesei fabulam obtinent, a more maiorum habere excusationem, sed etiam consulto capitibus XLV. VI. ante XLVII (Hippolytus) esse locum concessum, quo facilius pateret Hippolyti cum Aesculapio nexus, cui regum Atheniensium indicem c. XLVIII insertum vix quidquam officere dixeris.

Altera ternarum fabularum familia, quam Danaen ducere vidimus, eo continetur, quod gemini fuerunt Acrisius Danaes pater et Proetus Stheneboeae maritus idemque Bellerophontis castissimi iuvenis insidiator. neque vehementer vituperaverim, ordine ex nostro consilio immutato Danaes ante Stheneboeam fieri mentionem, cum in veteribus etiam historiis Acrisii Danaes patris maior fuerit auctoritas, quam Proeti regni Tirynthii conditoris. quamquam utra fabula anteriore sit loco collocanda infra dispiciamus. Nunc postquam demonstravimus c. XLVIII—LXV e quatuor particulis conflata esse posse, nova oritur quaestio, utrum ab ipso libri auctore hae particulae sint profectae, an si non omnes nonnullae certe earum secludendae. Atque alteram quidem quaestionis partem solvi posse confido. nam cum Hyginus transmutationibus infra peculiarem locum concesserit et inde a c. CLXXXXIII eos commemoraverit qui sunt in stellas relati, a c. CLXXXVIII autem eas, quae aut in aves aut in arbores sunt mutatae *(Hyas . . . Venus, Nisus . . . Harpalyce)*, vel propter hanc caussam solam parum probabile est aliarum transmutationum exempla alio loco esse proposita. accedit quod haec exempla non propria Minerva composita sed ut me dicere memini, e libro aliquo metamorphoseon transscripta videantur*); denique quod cum his tum sceleratorum exemplis tertiae fabularum familiae series *(Danae Andromeda — Stheneboea)* temerius turbata est, quam ut culpam auctori imputare velimus. hoc constat, transmutationum et nefariorum fabulis proscriptis, iungenda non distrahi. Sed reliquae fabulae XLVIIII. L. LI. LXIII. IIII. LVII utrum bene coire an dilabi dicamus difficilius est iudicium. defendi quodammodo capitum XLIX—LI posse possessionem supra affirmavimus, libere tamen confiteor, legenti mihi capitis XLIX haec verba: *Aesculapius Apollinis filius Glauco Minois filio vitam reddidisse sive Hippolyto dicitur* suspicionem aliquam subnatam esse. Vereor enim ne id, quod est sive Hippolyto ab auctore congeriei nostrae scribi non potuerit, sed a recensionis nostrae auctore illatum sit, ut inter-

*) spectant quidem ad c. LVIII capita CCXLII. CCLXX. CCLXXV, ad c. LVIIII caput CCXLIII; sed factum esse potest, ut interpolator tertiae quoque parti addimenta sua inferret. neque pepercisse eum huic parti apparet e. c. e capite CCLI 'Orpheus . . . suam', quae verba ad c. CLXIV^{B} manifesto spurium respiciunt; e c. CCLI coll. c. CLXIV^{C} et c. CCLI (Glaucus) coll. c. CXXXVI.

polatorum capitum offensionem obliteraret. augetur suspicio cum interpolatoris vestigiis capiti Lo, cuius altera recensio in c. LI inest, impressis, tum ipsius c. LI condicione miserrima, qua iam Ioannes Schefferus adducebatur, ut pannum panno assutum aspicere sibi videretur. postremo, ut persuaderi nobis patiamur c. XLVIIII [L] LI suo loco ferri posse, quomodo cum iis conciliabimus LXIII. IV. LVII et Lai fabulam proxime subsequentem? ad hanc quaestionem ut nego responsionem esse in promptu, ita ne levissima quidem suppetunt argumenta, quibus quartam illam fabularum familiam spuriam esse evinci possit. imo proferemus quae contrarium edocere videantur. primum enim c. CLVII et CCXLIII ad c. LVII aperte respiciunt, deinde quod Chimaerae in prima libri parte commemoratio fit, consentaneum est, fabulam celeberrimam in altera parte fusius exponi, tertio eum qui CCLXXIII scripsit etiam LXIII apposuisse aut oculis usurpasse palam est, denique e c. CCXLIV, in quo Megapenthes Persei poenas executus esse traditur, et CCLXXVI quo Perseidis sive Mideae mentio fit oppidi Perseo conditore clari, effici opineris, ut in opusculo Hygini, dum integrum erat, de Acrisii Proetique posteris plura addita fuerint iis quae nunc tribus illis capitibus (LXIII. LXIV. LVII) aetatem tulerunt. Haec igitur argumenta reputanti mihi, nisi quis tmemata 49. 51. 63. 64. 57 loco consueto ferri posse autumet, una relinqui videtur via, ut quem in locum traiecta sine offensa apparitura sint investigemus. ac locorum, qui huc in censum venire possunt, alter capiti CLXX foret contiguus, qui cum satis quidem aptus sit §§ LXIII. IV. LVII, capitibus autem XLVIIII. LI iniquissimus, feliciter accidit, quod alter, qui §§ XXVIII et XXIX circumscribitur, utrinque fabularum ad argumentum propinquarum vicinia commendatur. iam enim Aloidas, Canaces Aeoli filiae nepotes, proxime attingent Admetus Aeoli pronepos et Alcestis, Peliae eiusdem Aeoli pronepotis filia, qua re mirum quantum ampliatum vides Aeolidarum numerum hucdum iusto atque optato infrequentiorem. quos cum excipiant Danae Iovis furto nobilitata et Stheneboea nefandis ignibus famosior, Aeolidarum et Danaidarum fabulae haud invitae copulantur. nam neque illius narrari vita poterat, nisi praeter Acrisium Abantis filium simul nominatis Polydecte Dictyque, Magnetis Aeoli filii liberis, neque Stheneboeae facinus revelari, nisi Proeto Abantiade et Bellerophonte Sisyphi

filio una commemoratis. a Perseo autem Danaes filio ut ad Alcumenam Amphitruonis Persei nepotis uxorem properaret, mythographo opinor permissum erat. Praeterea hoc etiam animadversione dignum quod §§ XLIX—LXV post § XXVIII retractis tres continui fabularum ordines, qui maiore sunt ambitu, in terna capita similis argumenti exeunt, XLVIII *reges Atheniensium* LXXVI *reges Thebanorum* CXXIV *reges Achivorum*, quam quaesitam esse aequabilitatem nemo non sentiet. Sic disquisitione operosiore reperto loco, quem sibi vindicant capita praedicta, quanto numerus fabularum spuriarum imminuitur, in tantum genuinarum accrescit ambitus. nam qui perspectum habet scriptoris consilium in Aeolidarum fabula diutius immorandi, iure negabit secludenda esse c. LX et LXI*), Sisyphi et Salmonei nominibus inscripta, quorum cum prosapia Bellerophonte et Pelia Alcestique nobis res sit. quo vero certior res est Sisyphum Salmoneumque sceleratorum exemplis esse eximendos, licet non pudeat nos erroris supra commissi, cum etiam myth. Vat. II 104. 5. 6 (cf. I 13. 14) Tityum Sisyphum et Ixionem deinceps tractaverit, eo facilius etiam perspicimus, Aeolidarum nequitiam ansam dedisse interpolatori, ut Tityi quoque et Ixionis et Promethei scelerum**) meminisset, quemadmodum veri non est absimile Cephei in saxum mutati commemoratione eundem adductum esse, ut mutatae formae exempla plura depromeret. Nec fortasse opus erit ut Stheneboeae fabulam (LVII) agmen claudere iubeamus: sed exemptis spuriis historiolis acquiescere poterimus in hoc fabularum probatarum ordine: Alcestis, Stheneboea et Bellerophon, Sisyphus, Salmoneus, Danae, Andromeda.

Restat ut caussas rationesque subiciam quibus adductus neque LII fabulae neque LXV (Aegina. Alcyone) locum inter genuinos concesserim. Bene recordabar Alcyonen non minus inter Aeoli filias recenseri, quam Canacen Oti Ephialtisque aviam, at intellegere mihi videbar, auctorem capitis LXV ab eo, qui LXVI (Asterie) com-

---

*) ac respicit ad hoc caput etiam § CCL, respiceretque haud dubie § CCLXIV nisi casu periisset. quamquam fieri potest ut capitis CCL verba postrema ad CCLXIV pertinuerint. — Ixionis in § CCXLV mentio quidem fit, sed aliam ob caussam, quod Deioneo socero suo interfecto primus ἐμφύλιον αἷμα ἐπέμιξε ξνατοῖς.

**) Tantalus omittitur. Conicio tamen ab eodem, qui h. l. sceleratos intulit, capitis LXXXII profecta esse verba haec: '*Iupiter . . . servat*'.

posuit, non diversum consilium secutum Ceycis Alcyonesque speciem mutatam narrare quam utriusque coniugis pietatem praedicare maluisse. recordabar etiam Apollodori I 9, 3, referentis Aeginae receptaculum Asopo patri quaerenti a Sisypho Aeoli filio proditum esse, sed hanc ipsam rem cum fabulator reticuerit, neque ullam Sisyphi mentionem iniecerit, in propatulo est cardinem rei non tam in Aeginae fuga versari, quam in hominibus Aeaci gratia e formicis natis. — Capite LXVI argumentum post c. XI derelictum ab auctore resumi diximus. Atque in codice Frisingensi fabularum ordinem eundem fuisse atque in aliis libris mss servatum documento est folium quoddam rescriptum quod G. B. Niebuhr publici iuris fecit ad calcem libri a se editi M. Tulli Ciceronis orationem pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta Romae 1820 p. 105—107 (cf. p. 16) inscripsitque 'fragmentum de rebus Thebanis'. singulae paginae XII versibus constant, quorum decimus quisque plicatura detritus obscurior factus est, neque iis integris sed tertia quaque parte imminutis, ut nunc p. 1, 1 a verbis ASPHINGE 1, 17 a syllabis ONIS incipiant, p. 2, 1 in vocem POLYNICI p. 2, 17 in vocem THEBANUS (vulgo Thebanis) exeant, cum probabile sit integri folii p. 1, 1 a voce '*cupidine*' p. 1, 17 vocibus '*expulsus esset*' incepisse, p. 2, 1 in '*coniu* —' p. 2, 17 in '*diffideret*' exiisse. Anterior fragmenti pagina capitis LXVII exitum una cum LXIX initio complectitur, posterior c. LXX et LXXI^{A} cum ea capitis LXXI^{B} recensione conexum, quam idem Hyginus capite LXVIII expressit. quapropter aut LXVIII in locum LXXI^{B} pessimi habiti substituendum erit, aut LXXI^{B} LXXII post LXVIII retrahi iubebimus. quarum rationum praestat, ni fallor, posterior quamquam rerum narratarum ordo non ubique cum temporum rationibus conveniat. nam Cadmidarum fabulae ad mortem Antigonae perpetuatae dedecori profecto non sunt septem tmemata corollarii loco adiecta: Adrastus, VII duces Thebas profecti, Epigoni Amphiaraus Hypsipyle et Tiresias, utpote in argumento occupata poetarum opera honoratissimo.

Mythographi nostri res in ordinem redigendi artificium e capitum LXXVII—CXXIV perpetuitate eorumque partitione articulosiore optime cognoscitur. Aliquando et ipse miratus sum non Tantalum sed Ledam esse huius partis principium, sed mox intellexi, capita CLXXI (Althaea) et LXXXIII (Amphiaraus) hoc ipsum effla-

gitare principium, quippe quo Aeolidarum fabulae finis imponatur. Trium enim Thestii filiarum, quas a Canace Aeoli filia originem ducere referunt, cum primae commemorandae occasionem a venatoribus calydoniis repetisset, secundae, Hypermnestrae inquam Amphiarai matris, a septem ducibus Thebas profectis, reliquum erat, ut tertiae producendae occasionem caperet ab illius gentis historia, qua cum duplici affinitatis vinculo coniuncta erat. Si quis de temporum ratione nimis sollicitus capitum hunc statuere ordinem malit LXXXII—VIII. LXXVII—LXXXI, me iudice Hygini mentem non assecutus fuerit. hinc enim ad Pelopidas transiturus a Leda Thestii filia Aeolidarum sobole recentissima profectus, scite rem sic instituit, ut Helenam et Clytemnestram filias eius Menelao et Agamemnoni nupsisse primum nos doceat, deinde e Tantali posteris eos fuisse subiciat Atreo patre procreatos. Si Plutarchi par. min. XXX vol. VIII p. 431 ed. Hutt. recte interpretor, quaecunque capiti LXXXII argumenti parilitate adiuncta sunt, olim unum corpus Pelopidarum nomine insignitum efficiebant. nam quae Plutarchus e Dositheo *ἐν Πελοπίδαις* se transscripsisse testatur, ea non discrepant ab Hygini capite LXXXV o, h. e. proximo ei, quod et ipsum PELOPIDAE inscriptum est; iam vero cum Troica ab Atridarum fabula divelli nequeant, fieri non potuit, quin ad Priami quoque maiores auctor animum adverteret tantumque e Troicis historiis praelibaret, quantum ad belli nobilissimi semina cognoscenda satis esset. cui officio satisfecit c. LXXXVIIII—LXXXXII, duorum capitum appendicula auctis. sequuntur inde a c. LXXXXV—CV antehomerica, CVI Homerica, CVII—CXV posthomerica quae dicuntur, sive ut rei convenientius dixeris, primum e Cypriis excerpta, tum brevissimum Iliadis argumentum*), postremo Leschae Ilias parva et Arctini Aethiopis in compendii angustias coactae: e nostis nonnisi potissima c. CXVI—VIII sublecta sunt: denique scriptor c. CXIX—CXXXIII Clytemnestrae narrato scelere et Agamemnoneae prolis et Aegisthi Menelaique liberorum qui casus varii fortunaeque vicissitudines quae fuerint exposuit. Itaque regum Achivorum historia, quorum seriem repetit c. CXXIV, a Phoroneo ad Oresten Agamem-

*) Observes velim c. LXXXVIIII—CV atque CVII—CXXIII eundem effici numerum.

nonis filium deducta, tribus capitibus reliquorum ambitum longe excedentibus Ulixis Sisyphidae domum reditionem describit, ut ex Aeoli nepotibus per totam Graeciam dispersis iam nullus notitia posteritatis careat. ceterum mythographus, quod memoratu haud indignum videtur, non universum Homeri carmen adhibuit, sed errores solos et agnitionem, ne ubique quidem Homero unico duce usus, percurrit, unde haud scio an aliquid ponderis accedat Kirchhoffii de Odysseae compositione doctrinae. Ulixis autem *νόστον* ut seorsum a reliquorum ducum in patriam reditu tractaret etiamsi non suasisset ipsius fabulae honos poetica virtute in maius adauctus, permissum erat scriptori, qui Odysseae comitem addere constituisset Eugammonis Telegoniae argumentum, ut idem argumentum et his e cyclo epico excerptis et ipsi epico cyclo modum definiret. In capite CXXVII (augures) adiecto non haereo. nimirum vices explet lapidis terminalis, quo veluti signo aliquo conspicuo hoc quoque loco confinia duorum capitum ampliorum notaret. quemadmodum igitur XLVIII. LXXVI. CXXIV regum indices intexuerat, satis ingeniose nunc augurum nomina inseruit, quorum et saepius mentio facta esset in capitibus praecedentibus et cognitio utilissima videretur discentibus. Pertractatis iam fabulis omnibus, quaecunque aut carminum epicorum aut tragoediarum scriptoribus argumenta praebuerunt, una relicta erat fabula Bacchica, in quam novissima demum aetas furore quodam poetico percita invadere coepit. Equidem non dixerim mythographum tritiora proferentem c. CXXVIIII—CXXXIV e Dionysiacis sive Bassaricis eiusmodi delibasse, animadverti tamen velim Bacchicae fabulae notionem ei familiarem fuisse. praeterea de sex capitibus istis nihil habeo quod addam, nisi c. CXXXIV de interpolatione esse suspectum, cum nautarum Tyrrhenorum nomina ex Ovidii *μεταμορφώσεων* libro videantur sublecta.

Pervenimus ad eam libri partem, a qua commentandi initium fecimus; iamque agendum nobis erit de duobus capitibus integris Telegoniae proximis ac tertio illo bimembri, cuius perpetuitatem septem et quadraginta capitum incursione turbatam esse demonstravimus. Quod cum eventu careat necesse sit, nisi quis eas quoque fabulas respexerit, quae capitum interpolatorum extremum excipiunt, res eo redigitur, ut accuratius inquiratur in fabularum seriem hanc: CXXXV Laocoon CXXXVI Polyidus CXXXVII + CLXXXIV^{B} Me-

rope CLXXXV Atalante CLXXXVI Melanippe CLXXXVII Alope CLXXXVIII Theophane CLXXXIX Procris CXC Theonoe CXCI rex Midas. ultra CXCI enim fabulam progredi non licet, quia dubium esse nequit, quin a c. CXCII (Hyas) nova incipiat series suis finibus circumscripta. Decem igitur fabularum potior pars cum minore eo differt, quod ipsa mulierum nomina habet inscripta, altera mascula. at neque mares neque feminae ad eandem aut proavi progeniem aut fabularum familiam pertinent, Merope ne ad tempora quidem fabulosa. ego maribus quid faciam dubito, cum non liceat Laocoontem post CVIII, Midan ad Bacchica, Polyidum Amythaonis abnepotem ad Minois consortium revocare, quamvis ineptum sit, Polyidum post CXXVIII demum caput commemorari; in Thestore enim (CXC) non offendimus, cum Hyginus c. XCVII patrem Calchantis eum fuisse perhibuerit. Facilius perspicitur, capitum CXXXVII + CLXXXIV^{B}—CXC, quibus CXCIII (Harpalycus, lege *Harpalyce)* addiderim, quae fuerit ratio. ut taceam mulieres congregari tragicorum arte celebratas, quamquam mythographum a tragoedia pendere non perseveraverim, non solum vocabulo quodam capitibus CLXXXV—VIII communi admonemur, ut haec pulchritudinis exempla dicamus consilio auctoris congesta, sed e Neptuni etiam mentione per c. CLXXXVI—VIII iterata iure nobis colligere videbimur, hoc ipsum non casu sed consilio factum esse. (Cf. verba haec: *formosissimam Neptunus compressit. formosissima cum esset Neptunus eam compressit. formosissima virgo . . Neptunus aries cum Theophane concubuit.)* itaque palam est, haec capita quatuor habenda esse principalia; favetque huic sententiae ipsius Hygini auctoritas, qui, de mortalibus a Neptuno compressis in libri secunda parte se dixisse, c. CCXXVIII (indicis) testatus est. ceterae fabulae unde accesserint non extrico; nisi adiectionibus illis a fama mulierum nobilissimarum excusationem esse paratam suspicemur. quae cum ita sint apparet c. CXXXV. VI a sequentibus quam maxime aliena esse. quapropter ne maiorem licentiam mihi sumere viderer, ex utroque singulare aliquod caput constituerem, modo demonstrari posset, h. l. capita aliquot in eodem argumento versantia intercidisse. ut vero nunc comparata res est, propensior sum ad credendum, Laocoontis fabulam ab interpolatore quodam Virgilii Ovidiique studioso esse infarctam, qui c. CVIII Laocoontis interitum omitti miraretur; Polyidi autem fabulam quo-

minus Hygino vindicem peculiari quadam observatione mea prohibeor. ubicunque enim loquentis verba ita referuntur, ut oratio quae dicitur directa verbumque aiendi adhibita sint, interpolatorem audire mihi videor pro incultiore ingenio horridiore oratione usum. huius farinae sunt capita 95. 126. 167. 189. 190. 191. 194. 220, longe diversi generis 29. 179. 205. itaque si me audis Hygino abiudicandae erunt §§ 135. 136. 189—191, relinquendae fortasse Meropes et Harpalyces fabulae utroqueversus pro limbo futurae. Enarrantur a c. CXCII—VII nonnullorum astrorum signorumque zodiaci origines nisi quod fabulis CXCIII et CXCIV (Harpalyce. Arion) nihil cum reliquis commune est: quarum alteram post CXCII traiciendam diximus, alteram licet a mythographo quoque Vaticano I 95. II 172 receptam ab Orionis mentione repetierim. relinquuntur igitur quatuor duntaxat fabulae, quarum numero perquam exiguo hoc caput absolutum fuisse et per se parum est probabile et refellitur diserto Dosithei testimonio, qui p. 67 omnia zodiaci signorum nomina explicata fuisse indicat. quot tamen perierint fabulae haud scio an supervacaneum sit diligentius quaerere, cum mihi quidem et quatuor hi *καταστερισμοὶ* et si qui sunt aliis Fabularum locis capta occasione immixti, aliunde illati videantur: non enim tantum apud me valet Dosithei auctoritas ut ob hanc solam a sententia mea recedam, cui cum caussae multae sint quae faveant, tum hoc unum obici potest, quod c. CCXLVIII ad CXCII respicere videtur. Mox argumenti similitudine conexa sunt etiam capita CXCVIII—CCVI. Inter quae licet nullum reperiatur, quin mutatae figurae mentionem faciat, tamen CCI—III non esse genuina persuasissimum habeo. primum enim hoc patet, Autolycum non esse mutatae formae exemplum, quamvis peritissimus fuerit, quidquid surripuisset in quamcunque effigiem vellet transmutandi, ut caput ipsi dedicatum aut non separari debeat ab antecedente aut pro spurio habeatur necesse sit. deinde cautio adhibenda erit, ne c. CCII. III inscriptionibus in errorem abripiamur: Daphnen enim in arborem mutatam a coetu suo secedere iubent reliquae virgines aut volaticae factae aut in feras mutatae. Coronidem autem ne ipsam quidem novam speciem induisse scriptor tradidit sed corvum, qui custodiam praebuerat, ab Apolline ex albo in nigrum esse commutatum. denique etiamnunc singula verba singulis capitibus communia manifesta

sunt interpolationis indicia: quemadmodum capitis CCI verba Mercurius Autolyco e c. CC Mercurio Autolycum sunt repetita, sic verba c. CCI ex albo in nigrum attraxerunt eadem verba in CCII obvia et Apollo capitis CCII ex se peperit Apollinem paragraphi sequentis. De fabulis XII non nisi ex indice notis (CCVII—XVIII. XIX. XX) lubricum est iudicium: Hecateae nomen in CCX[A] vel corruptum videtur. Bursiano ut assentiar, oppidorum conditores recenseri, Rhodes et Cyrenes nomina c. CCVIII. IX inscripta non sufficiunt, praesertim cum de Macareo praeter nomen nihil constet, Herses autem mentio c. CCXI facta Cephali nos admoneat iuvenis formosissimi, secundum nonnullos auctores Creusae, secundum alios Herses filii, quem e Mercurio suscepisse tradebatur. hoc enim collatis capp. CCLXXI neminem fugiet §§ CCXII—XV. XVIII*) adulescentulos praedicari formae praestantia celebres dearum amasios, ideoque ab hoc fabularum circuitu arcendas esse §§ CCVII—XI aperte aliud consilium secutas. quod si concessum erit, quaerere licebit suone an alieno in loco posita sint capita CCXII—XVIII? Vidimus *virginum formosissimarum* catalogum c. 185—188 contineri. dubitemusne auctorem, quem hucusque observavimus in digerenda disponendaque materia prudentissimum, continuo *ephebornm formosissimorum* pentada addidisse, catasterismis mutationibusque alii loco ac tempori reservatis? equidem non dubito. imo necessariam esse dixerim utriusque capitis commissuram, si quidem quae c. CCXIX narrantur non tam ad Archelai fortunam quam Aegeas spectant, oppidum ab ipso conditum, ne Aegarum *κτίσις*, et si quae fuerunt aliorum oppidorum narratae origines, tanto intervallo exponantur.

Atque haec quidem de altera Fabularum parte dicta sufficiant. Mythographus autem postquam in primo libro nunc brevissimo viliore nomenclatoris officio functus stiloque horridiore usus genealogias deorum heroumque concinnavit, tum in secundo, quidquid popularium Graeciae fabularum scitu dignum videretur collegit; in tertio libro, ad humilius illud dicendi genus reversus, sub XLVII

*) Cf. Myth. Vat. I 229. 30, ubi ab Endymione ad Berecynthiae et Atyos amores pergit, Atinque puerum formosissimum fuisse affirmat.

titulis*), singulis capitibus pro argumenti parilitate impositis, quaecunque libri secundi singulae historiolae communia haberent, comprehendere iterumque memoriae inculcare studuit. In ordine titulorum vix quidquam reperietur, quod vituperes. materiem enim sic disposuit, ut c. CCXXVI—CCXXXIII deorum amores, CCXXXIV—XLVI parricidas, c. CCXLVII—CCLII heroes a feris aut laceratos aut nutritos, c. CCLIII—LVII. LXVII—LXXI insignia pietatis, castitatis, amicitiae, fortitudinis, divitiarum, pulchritudinis exempla, c. CCLXIV—VI heroum a diis interfectorum nomina, denique c. CCLXXIII—VII primos rerum inventores una cum ludorum instauratoribus oppidorumque conditoribus congereret. accuratius tamen singulis perpensis emergunt vitia nonnulla quae abstersa malis. E. c. idem locus qui interpolatione Serviana est inquinatus alio etiam incommodo laborat. nam qui animum ad formulas *'piissimae castissimae coniunctissimi — bellicosissimae fortissimi amplissimi formosissimi'* adtenderit, statim sentiet capita CCLVII et CCLXVII finitima esse debere, nec posse divelli earum nomenclationum incursione, quae inscriptae sunt *'qui a Neptuno perierunt vel a Mercurio vel a Minerva' 'qui ab Apolline perierunt'*; et cum dubitari nequeat, quin tria c. 264—66 genuina sint (compluribus enim libri secundi locis heroes recensentur vel Iovis fulmine percussi vel Apollinis sagittis interfecti) sequitur ut altero etiam loco aut a librario aut a bibliopego antiquum ordinem novatum dicamus, eo scilicet, quem tribus illis capitibus oportet proprium esse statuamus. qui quidem non difficile est investigatu. argumentum capitibus CCXXIV—XXXIII commune in deorum cernitur hominumque commercio, quippe quod non coitu coniugioque solo exerceatur, sed etiam mortales immeritos mori coelo beet et coelicolas mortalium veneratione recreet. quodsi capita secludenda ante § CCXXXIV inserueris, non absone homines deorum benevolentiam expertos excipiet eorum indiculus, qui numina habuerunt adversa. quaecunque hominibus unquam perniciosa fuerunt, deorum invidia et cognatorum propinquorumque nequitia, bestiarum feritas naturaeque iniquitates, capitibus CCLXIV—VI. CCXXXIIII—CCL exemplorum multitudinem suggerunt: si qui vero

*) in editionibus numerantur LIV, sed 277. 274 unum effecisse caput probabile est: capita 258—263 a Servio interpolata esse constat.

a letiferis aut numinibus aut feris animalibus benignius sunt tractati, c. CCLI. II in transcursu enumerantur. De capitibus CCLIII—VII. CCLXVII—LXXI nihil habeo quod addam praeter hoc solum, locum, quem in fabulis e Servio receptis Atrei et Thyestis fabula occupat, inde explicandum videri, quod inimicitiis etiam praeter naturam exercitis et feminis formosissimis locus concessus fuerit. Iudicia parricidarum qui in Areopago caussam dixerunt (CCLXXII) utrum ad CCXXXIV—LIV an ad ultima libri III capita pertinere voluerit auctor ambiguum est. equidem hoc credere malim, cum inter gravissima cultioris vitae instituta, quorum inventionem primam veteres fabulae praedicare consuerunt, iurisdictio referenda sit. Cap. CCLXXVI (insulae maximae) ab oppidorum conditoribus prorsus alienum proscribi debere dudum ab aliis intellectum est. at c. CCXXI—III etiam, licet ex auctore non spernendo transcripta scitu haud indigna contineant, iniuria dixerim in hoc Fabularum libro servari: non ignoro tamen in mythographo quoque Vaticano I 222 septem bella civilia Romanorum dinumerante, septenarii numeri praestantiam celebrari.

His expositis, nemo amplius inficiabitur fabulatorem in componendo hoc libro discipulorum ac tironum usui accommodato nihil molitum esse inepte, et si qua sunt in digerenda materie ita turbata, ut hominem consilii expertem tibi deprehendisse videare, ea partim casui, quem in libros mss complurium aut foliorum aut capitum transpositione licentius grassari solere exploratum est, partim interpolatoris conatibus imputanda esse. qua observatione quo luculentior fit scriptoris nostri, multorum ignominiis affecti, existimatio, eo magis ex re fore videtur, ut iam duae proponantur quaestiones, quibus, si optatis fortuna responderit, etiam honestior futura sit mythographi condicio. Primum enim quaeritur praeter fabulas non servatas quidem sed in indice numeratas perierintne etiam aliae, an liber pro incolumi sit habendus, deinde utrum ab initio in capita fuerit discerptus, an bibliothecae instar Apollodoreae res perpetuo narrationis tenore decurrerit. Ad priorem quaestionem solvendam maximi momenti est tertia totius opusculi pars, quae quin genuina sit, ipsum eius consilium probe perspectum nos dubitare non sinit. in hac enim parte unum est quod prae ceteris animum advertit, quod, cum in secundo libro nonnisi graecae fabulae

perstringantur, (nam in Colchicis Argonauticorum et Troianis Troicorum non offendimus) hic non modo Romanae Aegyptiae Babyloniae fabulae admiscentur, sed etiam rebus ad historiam Graecorum Romanorumque pertinentibus locus non denegatur. sic CCLI. IV. CCLXXIII Aeneam CCXLIII eundem et Didonem CCLXXVII Euandrum eiusque matrem Carmentam CCLII Camillam Metabi Volscorum regis filiam CCLII Romulum et Remum CCXLVI Lucretiam CLV Tulliam et vicum sceleratum commemorari vides: CCXL. III. CCLXXV Semiramin CCLXXV Cinyram nulla Adonidis facta mentione CCLXXVII Isin et Harpocratem CCXLII. III Pyramum et Thisben ex Ovidio notos; denique CCLIV Xanthippen Myconis filiam CCXLVII Euripidem tragicum CCLIV Damonem Cleobin et Bitonem (licet corrupta nominum forma) CCLII Harmodium et Aristogitonem, Moerum cum hospite Selinuntio et Siciliae tyranno quodam CCLXXIV Hagnodicen primam Atheniensium obstetricem. equidem a me impetrare nequeo quin haec omnia insiticia censeam. Hygini enim fabulae cum in ludis literariis legerentur, magister facile poterat adduci, ut Graecorum exemplorum numerum Romanis adaugeret. Similiter in capite de agonibus ex Aristotelis peplo excerpto (p. 567 ed. Val. Rose) vereor ne quae nunc inde a verbis 'equam et canem coniecit' leguntur, a ludi magistro potius aliquo, cum a Virgilii lectione recens esset, quam ab ipso Hygino sint conscripta, quem totum a Graecorum libris pendentem parum probabile sit, argumentum e Virgilii Aeneidis l. V° depromptum ipsis poetae verbis enarravisse. Exemplum interpolationis perquam memorabile, quippe quae capitis inscriptionem etiam invaserit, praebent c. CCLII verba 'lacte ferino' Virgilii Aeneidis XI versui 571 sublecta, unde Camillae quoque nomen (Cato ap. Serv. l. c. Heyne exc. II) accessit. cui simillimum est alterum e c. CCLIV repetendum, in quo cum piissimarum indiculus insit, apparet verba *vel piissimi* postea assuta esse, quam et Bitonis Cleobisque exempla ex Herodoto et Aeneae memoria ex Virg. Aen. II 721 adiecta erant. quapropter facile nobis persuaderi patiamur, Aeneae quoque apud Didonem commorationem (CCXLIII) e Virg. Aen. IV, eiusdem ad inferos descensum nec non novissima capitis CXXXVIII verba: 'alii Cumaeam dicunt' e Virg. Aen. VI recepta esse. Praeter Virgilium Ovidius expilatus est. Vestigia eius iam c. CXXXIV (Tyr-

rheni) CLIV (Phaethon. Heliades) et c. CLXXXI (Diana) impressa vidimus. in hac parte Pyrami et Thisbes et Byblidis mentionem (CCXLII. III) eidem*) deberi dixerim. Triplex Semiramidis commemoratio unde venerit, ignoro, illata vero haec quoque frustula esse (CCXL. III. CCLXXV) vel e loco ignobiliore apparet, quem sub finem singulorum capitum occupant. ne primo quidem Fabularum libro interpolatoris impetum pepercisse ex iis quae demonstravimus certum est. qui quidem meminerit Nereidum numerum quinquagenarium eo tantum effici, quod dearum marinarum nomina apud Homerum in Iliadis Σ obvia arbitrarie ampliata sint nominibus ab anomymo quodam e Virgilii Geo. III 343 fictis, Virgilium autem hac in re tam neglegenter esse inspectum, ut ne Asiam quidem Clymenenque inter Nereides recensere dubitaverit sciolus iste male sedulus, facere vix poterit, quin in hac etiam parte interpolatoris agnoscat vestigia: nobisque assentiatur in primis libri versibus, ubi pro vocabulo plane inepto CONTINENTIA e Servio ad Virg. Aen. VI 274 conscientiam reposuimus, et hoc additamentum et alia nonnulla nomina supervacanea ab eodem Virgilii lectore in margine adspersa esse. Remotis igitur amplius XX accessionibus in c. CCXXIV inquirendum erit interpolationum frequentia maxime insigni. saepius observavimus eum qui fabulas scripsit catasterismorum auctores non adiisse videri. iam vero in hoc capite maximae eo efficiuntur turbae, quod identidem ab iis qui humanitatem exuerunt ad eos qui sunt in stellas relati digressio fit, quamvis nihil in fabulis insit, quo, si c. CLXXVII et CXXX exceperis, commode haec referri possint. accedit quod in genuinis libri partibus (CCLXXI) Ganymedes Erichthonii filius audit a Dardano Iovis et Electrae filio procreati, hic autem Assaraci filius appellatur. verum remotis etiam additamentis hisce maxima relinquitur rerum memorabilium copia, quarum quamquam in libro secundo, qualem quidem nunc

*) Usus quidem Ovidio est Hyginus etiam genuinis in locis, velut c. CVII 'vulnera tum (denique passum) occidit' ex Ovid. met. XIII 391 fluxerunt, c. CXXIII sparsa per Ambracine (cf. § 148) ex Ibi 302 et c. CXLVIII Thasus et Menephron Ovidio sublecta sunt: sed talia memoria suppeditavit non minus quam Homericum versum ♑ 324 in CXLVIII, Ennianum coeli ingentes fornices, quo etiam Cicero de or. III 40, 162 usus est in CL, lucretianos II 704 V 903 in c. LVII, III 994 in LXXXII.

manu terimus, nec vola nec vestigium superest, tantum tamen abest, ut addubitari possint origines, ut gravissima afferri possint argumenta, quae re vera eas ad fabulas respicere probent, epitomatoris inertia libro secundo nunc detractas. primum: quomodo Clymeni Schoenei filii cum Harpalyce filia sua concubitus, cuius fab. 206 memineratur, tribus tertii libri locis commemoratur (CCXLII. VI. CCLIII), idem liber etiam aliorum heroum bis terve mentionem eiusmodi inicit, ut idem caput secundi libri nunc perditum spectari veri sit simillimum. Sic, ut aliquot exemplis rem comprobem, non dubito, quin alicubi Macarei et Canaces sororis incesti amores narrati fuerint, cum aliter non possit intellegi, quî factum sit, ut tribus locis diversis eiusdem rei memoria repetatur: CCXXXVIII 'Aeolus Canacen |occidit| propter incestum cum fratre Macareo admissum, CCXLIII Canace Aeoli filia propter amorem Macarei fratris ipsa se interfecit CCXLII Macareus Aeoli filius propter Canacen sororem (e)i desponsam ipse se interfecit'. nam ad c. CCVII haec referre non licet propter tituli dissimilitudinem e vicinis fabulis conspicuam. Praeterea Cereris et Iasonis amorem auctore Hom. Od. ε 125 narratum fuisse non immerito suspiceris propter capita CCL. CCLXX. idemque cadere in Euadnes erga Capaneum coniugem pietatem et Phegei Alphei filii flagitia in propinquos commissa concludi poterit ex his capitum CCXLIII. CCLVI. CCXLIV. V verbis: 'Iasonem Iovis filium ex Electra Atlantis filia; Iasion Ilithii filius, quem Ceres dicitur amasse quod ipsum historiis creditur: Euadne Philaci filia propter Capaneum coniugem qui apud Thebas perierat in eandem pyram se coniecit; Euadne Philaci filia coniunx Capanei castissima: Phegeus Alphei filius Alphesiboeae filiae suae filiam; Phegeus Alphei filius Alcmaeonem Amphiarai filium generum occidit'. Secundo. haud raro accidit, ut in nostra fabularum congerie fabularum exitus desint, veluti Harpalyces fabula qua de caussa locum suum (CCVI) obtineat, vix quisquam perspiciat, nisi Parthenii meminerit in Erotic. 13 narrantis, Harpalycen in chalcidem avem mutatam esse. similiter capiti CLXXXIV ad integritatem quid desit e capite demum CCXL et CCLIV (coll. c. VI) intellegitur; neque amplius qui in c. CCLI inciderit fabulam XLVII, quantumvis integerrima videatur, putabit incolumem, sed in haec potius exiisse verba statuet: 'qui voluntate Dianae ab inferis rediit et postea Virbius est appellatus'.

(Myth. Vat. I 46 II 128). Tertio. animum advertit fabula XXII in qua cum Aeetae Colchorum regi tradatur sortem obvenisse, tandiu eum regnum habiturum, quamdiu arietis pellis aurea in fano Martis esset, semper miratus sum, quod a nemine dum oraculum illud eventu carere observatum est. at considera mihi Hygini in c. CCLIV haec verba: 'Chalciope patrem non deseruit regno amisso', neque negabis eum boni narratoris officium non deseruisse. haec enim ad librum pertinuisse nondum ad compendium collatum manifestum esse puto. Quarto. quaecunque e tertia opusculi parte recuperari possunt, nequaquam tritae sunt fabulae sed ad reconditius quoddam fabularum genus (*ξένην ἱστορίαν*) pertinent. Memineris velim inprimis duorum locorum, in quibus cum priores interpretes caecutivissent nobis auctoris manum restituere licuit, postquam in Pausaniae VIII 4 incidimus eadem referentem. dico c. CCXLIII '*Megaera* . . . interficit' et CCLIV 'Telephus Herculis filius Hippothoum et** *Nerea* aviae suae filios occidit. utrobique corruptum nomen *Neaerae* cedat necesse est. quid quod plane incomperta sunt, quae eodem capite CCXLIV narrantur, Perseum a Megapenthe, Megapenthem ab Abante interfectos esse: quae res non pro nihili est facienda, quoniam Belidarum quoque fabulam tribus capitibus nunc absolutam aliquando maiorem capitum numerum amplexum esse comprobet. Cuiusmodi plenioris operis reliquiis e tertio libro recolligendis ut suus quibusque in libri secundi finibus reperiatur locus fieri sane non potest; si quae tamen satis apte collocari poterant earum infra indicem proponere non recusabimus:

IV Melicertes] CCLXXIII, 10 Isthmia Melicertae Athamantis filio et Inus

VI Cadmus] CCLXXIV aes Thebis primum inventum condidit
CCLXXV condit Thebas heptapylas: cf. CLXXXIV. CCXL. CCXLV.

XVI Cyzicus] CCLXXIII, 11 fecerunt Argonautae in Propontide Cyzico una cum filio, quem Iason imprudens noctu in litore occiderat.

XXII Aeeta] CCLIV Chalciope patrem non deseruit regno amisso.

XXIV Peliades] CCLXXIII, 13 (ludos) quos fecit Acastus Peliae filius et q. s.

XXVII Medus] CCLXXV Medus Aegei et Medeae filius in Ecbatanis Mediam.

XXVIII Otus] hic insere e CCXXXVIII. CCXLII. V quae de Macareo et Canace referuntur.

XXVIIII Alcumena] CCXLIV Amphitruo Electryonem Persei filium occidit

XXX Hercules] CCLXXIII 8 fecit Hercules Olympiae gymnicos. CCL Diomedem quadriga prodidit. CCXLI Theseus Aegei filius Antiopam Amazonam Martis filiam

XXXIII Centauri] CCXLV Ixion . . .

XXXVI Deianira] CCXLIV Hyllus Herculis filius Sthenelum Electryonis proavi sui fratrem

XXXVII Aethra] CCXLIII Aethra Pitthei filia propter filiorum mortem ipsa se interfecit

CCXLIV Theseus Aegei filius Pallantem filium Nelei fratris

XLI aut XLVI] CCXXXVIII Hyacinthus Spartanus Anthiadem filiam ex responso pro Atheniensibus (Apollod. III 15, 8 Heyne antiq. Aufs. I p. 69 B)

XLVI Erechtheus] CCLIII Procris cum Erechtheo patre ex qua natus est Aglaurus

CCLXX Cephalus Pandionis filius quem Aurora amavit.

XLIII Ariadne] CCLV Ariadne Minois filia fratrem et filios occidit

CCXXIV Ariadnen Liber pater Liberam appellavit

XLVII Hippolytus] CCLI Hippolytus Thesei filius voluntate Dianae qui postea Virbius est appellatus

XLIX Aesculapius] CCLI Asclepius Apollinis et Coronidis filius

CCLXXIV clinicen invenit

LXIV Danae] CCLXXV Perseidem h. e. Mideam et Mycenas condidit

CCCXLIV Megapenthes Perseum, Abas Megapenthem occidit

LXVIII Polynices] CCXLIII. CCLXV Euadnes Capanei uxoris mors quaesita

LXIX Adrastus] CCXLII Adrastus et Hipponous eius filius ipsi se in ignem iecerunt ex responso Apollinis.

LXXIII Alcmaeon] CCXLIV. V. Phegeus Alphei filius Alcmaeonem Amphiarai filium

LXXX Castor] CCLXXV Dioscorida condidit

LXXXIV Oenomaus] CCLIII Hippodamia cum Oenomao patre contra fas concubuit

LXXXIX Laomedon] CCLXX Tithonus Laomedontis filius Aurorae coniux formosissimus

CCL Laomedonta Ili filium ex Leucippe quadriga prodidit. Adde CCLXXV (CLV) Dardanus Iovis filius Dardaniam condidit, et CCLXXI (CCXXIV) Ganymedes Erichthonii filius quem Iovis amavit ephebus formosissimus.

XCIX Auge] CCXLIII Neaera Autolyci filia propter Hippothoi filii mortem ipsa se interfecit

CCXLIV Telephus Herculis filius Hippothoum et* Neaerae aviae suae filios

CVIII equus Troianus] CCXLIX Helenae fax CCXL Deiphobum interficit Helena.

CIX Iliona] CCXLIII propter casus parentum ipsa se interficit

CXXV Odyssea] CCXLIII Anticlia nuncio falso audito de Ulysse ipsa se interfecit

ibid. Calypso propter amorem Ulixis ipsa se interfecit

CXXX sqq.] CCXXXV Eleuther primus simulacrum Liberi patris constituit et quemadmodum coli deberet ostendit. — CCLXXV Liber in India Hammonem condit. — CCLXXIV Cerasus vinum cum Acheloo miscuit et q. s.

CXLII Phoroneus] CCXXV templum Argis Iunoni primus fecit. CCLXXIV arma Iunoni primus fecit. CCLXXV Argus Agenoris filius Argos condidit

CXLVII currus Triptolemi] CCL Iasionem Iovis filium ex Electra Atlantis filia quadriga prodidit(?)

CCL Iasion Ilithii filius quem Ceres dicitur amasse formosus CCLV Eleusinus Eleusinem condidit

CLXVI Erichthonius] argentum Athenas attulit CCLXXIV

CLXVIII Danaus] CCLXXIV Belus Neptuni filius primus gladio belligeratus est.

CLXX Danaides] CCLXXIII, 5 ludos Argis fecit Danaus Beli filius filiarum nuptiis cantu, unde Hymenaeus dictus. Adde CCXLIV quae de Abante Megapenthe Perseo narrantur.

CLXXVI Lycaon] CCXXV Pelasgus templum Iovis Olympii condidit, Lycaon templum Mercurii in Arcadia.

CLXXIX Semele] CCLI Liber pater ad Semelen matrem suam Cadmi filiam descendit

CLXXXIV Pentheus] CCXL Agaue Lycothersen in Illyria occidit, ut regnum Cadmo patri daret.

CCLIV Agaue Cadmi filia in Illyrico Lycothersen regem interfecit, et patri suo regnum dedit.

alicubi post c. CXXXIX] CCLXXV Iovis Thebas Thebaidos condidit, Apollo Arneas, Ephyra Corinthum. CCXXV Thessalus templum Iovis Dodonaei condidit. Otrera Amazon Martis coniunx templum Dianae Ephesi prima fecit. Pierius *).

---

*) Loci quorum origo latet hi sunt: 224 Pan Mercurii et Penelopes filius immortalis factus 274 Pan fistulae cantum primus invenit 242 Euhenus Herculis filius in flumen Lycormam se praecipitavit quod nunc Chrysoroas dicitur. 238 id est Callisthenem (?) Euboea filium ex sortibus pro patriae salute. 242 Caeneus Elati filius ipse se interfecit 244 Amphion Terei (?) filius avi sui filios occidit 247 Thasus Delo Anii sacerdotis Apollinis filius a canibus discerptus 275 Cinyras Paphi filius filiae suae nomine Smyrnam condidit. 251 Adonis Cinyrae et Zmyrnae filius voluntate Veneris ab inferis rediit. 271 Adonis Cinyrae et Zmyrnae filius quem Venus amavit ephebus formosissimus. 252 Antilochus Nestoris f. lacte ferino nutritus (?) 253 Menephron cum Cyllene filia in Arcadia et cum Bliade matre sua concubuit. 271 Gany-

Copiam rerum in secundo libro olim narratarum non minorem ea, quam modo e tertio libro recuperari posse demonstravimus, capita etiam continent CLV — CLXIII ad primi libri exitum a nobis retracta, animumque lectoris ad argutiorem voluminis partem tanquam praeparantia. quo magis dolendum hoc ipsum frustulum et mutilum esse et cuiusvis generis vitiis scatere. e Iovis filiis in libro II commemorantur Hercules, Liber ex Semele natus, Castores, Argus, Epaphus, Perseus, Zethus et Amphion, Tantalus, Arcas, Pirithous, (Aeacus); reliquorum VIII cum nulla fiat mentio, octo periisse capita manifestum est. Ac Lacedaemonem quidem Taygetae filium Danaes avum ante c. LXIII commemoratum fuisse suspicari licet, Helena Pyrrhae Epimethei filiae prolem in c. CXLII, Aethlium ex Protogenia Deucalionis filia procreatum c. CLIII, Minoem Sarpedonem et Rhadamanthum ex Europa genitos c. CLXXVIII, Dardanum denique Erichthonii patrem prope Iasonem vel inter fabulas troicas (c. LXXXIX. coll. CCLXXV) ad quas Ganymedem etiam Erichthonii filium (CCLXXI) retulimus. Praeterea Libero ex Proserpina quem Titanes carpserunt (Fulgent. II 15) Aegipani ex Capra, et Aeaco ex Aegina Asopi filia natis suus cuique locus assignandus est. equidem Liberum et Aegipana, cuius in Typhoei fabula partes sunt, ad titulum CXXXVIII sqq. retulerim, qui c. CLXVII auctorem videam de Libero a Titanibus discerpto sic loqui, ut de re nota dicere solemus. E filiorum Neptuni coetu ante omnia discedere iubemus Euadnen ut filiam. Filii in libro II memorati sunt: Boeotus et Aeolus, Bellerophon*), Hyrieus, Epopeus, Eumolpus Aquilonis nepos, Periclymenus, Neleus et Pelias, Lycus e Celaeno natus, Ancaeus Althaeae filius, Nauplius, Euphemus, Amycus, Busiris. Eorum qui praeter hos recensentur Agenor et Belus Libyes filii c. CXLIX — CLXV afferri poterant, Macareus c. CXCVIII: in troicis fabulis occurrit Cycnus Calycis filius ab Achille interfectus (Ovid. Met. XII 72), in Heracleide Eurypylus et Ancaeus quem a Troia rediens Hercules in insula Co inter-

---

medes Erichthonii filius quem Iovis amavit 274 Pelethronius frenos equis primus invenit, Belone acum reperit. Tyrrhenus Herculis f. tubam 275 Camirus Solis f. Camirum condidit, Sardo Stheneli filia Sardis.

*) In c. LVII 'Bellerophon Neptuni et Eurymedes Nysi filiae filius' supplendum videtur.

fecisse dicitur (Apollod. II 7, 1) et Actoriones sive Molionides Cteatus et Eurytus; sed Leuconem Themistus, quo de tacet Apollod. I 9, 2, et Abantem Arethusae filium quo referam non magis mihi constat, quam de Philammone Philotto et Spinthere Vulcani filiis quis praeter nostrum memoriae tradiderit. Martis filii, e quibus Harmonia eximenda est, in fabulis occurrunt omnes. e Mercurii tamen liberis requirimus Priapum Libyn, Libyes filium, Cephalum e Creusa Erechthei filia natum, cuius matrem Apollodorus III 14, 3 Hersen fuisse tradidit: neque ex Apollinis liberis praeter unum Aesculapium in fabularum libro ullus respicitur. Aristaei enim c. CCXLVII. CLXXX non nisi in transcursu mentio fit, de Philammonis autem parentibus ne convenit quidem c. CLIX et CC auctoribus. Delphum vero Agreum Lycoreum Linum Apollinis filios commemorandi quae caussa fuerit prorsus ignoro. Herculis filios e libro secundo cognovimus Tlepolemum Telephum Therimachum Creontiadem Diopithem Deicoonta, omitti miramur Thespiades Hyllum Euenum, quem tamen non omissum fuisse e c. CCXLIV. CCXLII constat, et quorum nomina dubitantur Leuciten et Leucippum cum Archeloo (Agelao?) et Lido (Lydo?). His cognitis aequius nobis de libro II faciendum erit iudicium. si quid enim in eo exilius dictum videtur, existimandum erit, hoc non auctoris ignorantia factum esse, sed perverso epitomatoris brevitatis studio, qui fabulis reconditioribus recisis in vulgus notas recoqueret; unde factum est, ut quae in libro III insint nomina gravius corrupta aut omnino corrigi non possint, aut coniectura minus certa emendentur. conicias operam dedisse epitomatorem, ne libri II ambitus ducentarum fabularum numerum excederet: nam tot fere spuriis abiectis restant.

Solutu difficilior est altera quaestio utrum Hyginus materiem ab initio per capita distribuere an perpetuo narrationis tenore pertractare maluerit: dicam tamen quid sentiam. si verum est quod supra coniecimus a Plutarcho personato in par. min. XXX (vol. VIII p. 431 H) ubi Dositheo in *Πελοπίδαις* testimonium denunciat non integrum librum aliquod, sed ipsius libri nostri eam spectari partem, qua Pelopidarum scelera castigantur, neque fortasse casui dandum esse, quod ipsum caput LXXXVIII Pelopidae sit inscriptum, iure nobis postulare videmur ut universa haec de Pelopidarum flagitiis commentatio, singulis titulis deletis, continuae

narrationis speciem praebeat. iam vero nostro consilio usus capitum CXVII et CXVIII ordinem praepostera, ac fatebere, a c. CXVII° telam ab artifice accuratissime esse pertextam. primum, cum verbis illis capitis CXVII 'at Electra Agamemnonis filia Orestem fratrem infantem sustulit, quem demandavit in Phocide Strophio, cui fuit Astyochia Agamemnonis soror nupta' quid arctius cohaerere potest capitis CXIX exordio his verbis concepto 'qui postquam in puberem aetatem venit, studebat patris sui mortem exequi' modo hoc nobis permiseris, ut in locum verborum 'Orestes Agamemnonis et Clytemnestrae filius' quae tituli gratia postea ficta sunt reducamus quod auctorem posuisse certum est Qui. deinde quis tam obesae naris, quin his lectis c. CXIX verbis: 'quem postea furiae matris exagitarunt' statim sentiat, prima sequentis fabulae verba 'Orestem furiae cum exagitarent' fide carere, totumque locum sic esse scribendum: 'quem postea furiae matris cum exagitarent'. mox de capitum CXX et CXXI commissura rem sic habuisse tibi persuasum sit. concedimus a novissimis capitis CXX verbis his 'ventoque secundo ad insulam Zminthen ad Chrysen Apollinis sacerdotem delati sunt' (sc. Iphigenia Orestes Pylades cum Dianae simulacro) transitum non parari ad sequentis capitis, cui Chrysae nomen inscriptum est, exordium. at dudum observatum est in hoc ipso capite pessimam esse verborum 'postea Chryses Thoanti eos cum reddere vellet' et q. s. cum praecedentibus commissuram, neque id quod est eos quidquam habere, quo referri commodo possit: quae res C Langium p. 9 commovit, ut defectum narrationis nescio quam ex ingenio explere conatus sit. quanto vero rectius orationis membrum importunum sub exitum c. CXX collocabimus sic leviter emendatum 'postea Chryses Thoanti eos cum reddere vellet, Chryseis ut audiit, Agamemnonis Iphigeniam et Oresten filios esse, Chrysi filio suo, quid veri esset, patefecit, eos fratres esse et Chrysen Agamemnonis filium esse'. restant quidem etiam tunc, quae in capitis initio, post filium esse traiciendo, aliter conformata velis, sed interim nobis demonstrasse sufficiat, narrationis perpetuitatem ab eo demum interruptam esse, qui titulos adspergeret. Capita CXXI et CXXII (Aletes) ut iterum coeant, unius vocabuli adiectione opus est. Hyginus scripserat: *Interim ad Electram nuncius falsus venit fratrem cum Pylade in tauricis finibus Dianae esse immolatos.* nam

verba seclusa *Agamemnonis et Clytemnestrae filiam sororem Orestis* non magis genuina sunt, quam quae sub finem redundant *Neoptolemo interfecto* et *abductam*. Fac enim c. CXXIII hoc fuisse initium: 'sed Neoptolemus Achillis et Deidamiae filius ex Andromacha Eetionis filia captiva procreato Amphialo postquam audivit, Hermionen et q. s'., intelleges verbis illis proscriptis amplius locum non esse. quae cum ita sint exploratissimum mihi est, c. CXVII—CXXXIII formam e codice Frisingensi propagatam non admodum esse antiquam, sed extitisse aevo Dosithei temporibus non multo antiquiore virum doctum aliquem, qui Hygini narrationem locupletiorem eamque continentem et indiscretam non solum in brevius cogeret, sed etiam per membra separatam misere concideret. quo in negotio cum sedulo caveret, ne singulorum membrorum mensura argumentorum tragicorum finem modumque transiret, atque adeo singulas fabulas nominibus e tragoedia petitis inscriberet, evenit ut erroris admodum ridiculi parens fieret*). nempe fuerunt, neque etiamnunc desunt, qui Hygini opusculi partem haud exiguam e tragicarum fabularum argumentis esse conflatam ariolati sint, opinioni suae ipsum favere Hyginum arbitrati, c. IIII et VIII ad Inonem Antiopamque Euripideas provocantem. qua in re accidit iis, ut testes adhiberent ad hoc ipsum quod probare vellent, refellendum accommodatissimos, cum non intellexissent, utrumque caput, vel propter stili differentiam Hygino abiudicari interpolatorique attribui debere. at non vacat hoc longius prosequi. restat enim ut in reliquas Pelopidarum fabulas inquiramus. accedamus igitur ad c. LXXXII (Tantalus) quod ipsum egregie sententiae nostrae favet. huius enim inscriptione quid perversius? quid ab auctoris consilio longius remotum? quem vel prima fabulae verba ostendant Pelopis potius, quam Tantali fabulam narrare voluisse. Tu noli dubitare, quin inscriptio non alius sit originis quam reliqua verba 'Iupiter . . . ruat'. Hy-

*) nisi casui tribuendum quod Clytemnestrae Orestis Iphigeniae Tauricae Chrysae Alctae nomina tragoediarum etiam didascaliae noverunt. Clytemnestra certe et Orestes originem duxisse a primo capitis vocabulo similium exemplorum nube demonstrari poterit: cf. LXXXII Tantalus LXXXIII Pelops LXXXIV Oenomaus LXXXVIII Atreus, ubi nemo de tragoedia cogitabit. Dilucidius etiam apparet e XXV Medea XXVI Medea exul XXIV Iason. Peliades (ubi Iason ineptum est, unice aptum Peliades) CXLV Niobe sive Io CLXXXI Diana (pro Actaeon) CLXXXII Oceani filiae.

ginus non plura scripserat his: 'Tantalus Iovis et Plutonis filius procreavit e Dione Pelopem. qui cum esset in epulis deorum et q. s'. Qua copula LXXXIII et LXXXIV vincta fuerint non liquet; at nulla opera vinciri posse patet. Capitis LXXXV initium hoc fuisse conicio: 'Chrysippum autem Pelopis filium |ex Astyocha| natum Laius Labdaci filius propter et q. s'. in sequentis initio praeter unum 'postea' nihil excidisse putaverim. caput LXXXVII num totum genuinum sit et loco suo positum vehementer dubito. Octavum enim et octogesimum si a verbis 'qui cupiens' incepisse statueris cum LXXXVI optime cohaerebit ac verbis 'cui responsum est, quem ex filia sua Pelopia procreasset eum fratris fore ultorem' e capitis LXXXVII initio post haec capitis LXXXVIII verba traiectis: 'casu Thyestes eo venerat ad sortes tollendas de ultione fratris' pro inepto narratore habebimus mentis compotem. quid enim? Thyesten ex oraculi responso scientem filiam comprimere nonne putidum et invenustum, quamquam non ignoro hac de re nostro convenire cum Myth. Vat. I 22 p. 7, 29; inscio autem, e filiae compressione filium sibi procreatum esse, oraculum dari, filium quem e filia procreasset fratris fore ultorem, nonne callide fictum et misericordia plenum? ceterum, ut hoc addam, capitum indices omnes sunt inficeti; nam aut argumento fabulae minus congruunt, aut primas partes alii quam par est deferunt: veluti c. LXXXIV Pelopi et Hippodamiae primae, Oenomao secundae erant deferendae, neque Atrei nomine inscribendum erat c. LXXXVIII, sed Pelopiae LXXXVI um cum LXXXVIII coniunctum. melius etiam Chrysippi titulus [85] abesset, cum Chrysippum non commemorasset, nisi Hippodamiae mortem voluntariam sibi commemorandam duxisset. postremo Pelopidae (*ΠΕΛΟΠΙΔΑΙ*) solum caput LXXXVI inscriptum fuisse quis credat? debebat certe qui hoc indice uti vellet uno capite comprehendere quaequae a capitis LXXXIV exitu ('ibi ex Hippodamia —') usque ad LXXXIX narrata sunt: atque Plutarchum etiam cum Dositheum *ἐν Πελοπίδαις* laudat supra ostendimus non Hygini § 86 respexisse Graece expressam, sed universam Pelopidarum fabulam.

Sed iam missis Tantalidarum historiis e reliquis etiam operis partibus eas colligamus particulas quae non tam singulorum capitum quam perpetuae narrationis speciem prae se ferre videntur. quarum numerus licet pro minori fabularum ambitu et ipse ali-

quanto sit minor vel sic tamen fidem asseret iis quae probare nobis proposuimus. Primum igitur testem profero Cadmidarum fabulae caput 2 cuius verba 'et Iuno suam nutricem eripuit' si cum capitis 3 initio '|at| Phrixus et Helle' conexueris tum demum senties narrationem recte continuari. secundus sit testis c. XXII cuius exitum quominus etiamnunc suboleat nobis olim cum sequenti fabula arctissime cohaesisse, eo tantum effectum est, quod in narratione compendiosiore particula 'AVTEM', post id, quod est TECTA necessarie revocanda, omissa est. tertio § 149 et 150 reconcilianda esse res ipsa clamat, neque aliunde nisi ex infelici continuam narrationem retexendi conamine explicandum videtur, quod capitis CLII[B] verba 'omne genus mortalium interiit' in c. CLIII repetantur. quae ut hoc loco ferri posse videantur, vix tamen tolerari poterunt in c. CLXXIV verba e c. CLXXII iterata haec: *'aprum immani (mira) magnitudine, qui agrum calydonium vastaret misit'*. si quis enim, capite CLXXII ope vocabuli postea antecedenti fabulae CLXXI adnexo, sequentem (CLXXIII) aliquanto sibi similiorem reddiderit, tam expeditus erit transitus ad c. CLXXIV verba haec: *'quem Meleager . . . interfecit'*, ut quae ea praecedunt *'Althaea . . . vastaret misit'* a fabulatore addita esse pateat, ne truncum sine capite ederet. Deinde apparere puto Thebanarum fabularum LXVI et LXVII unius corporis membra esse, quorum in commissura haec scripta erant: *'Oedipum nominaverunt. qui postquam ad puberem aetatem pervenit'* atque opem potius tulisse adflicto quam vim intulisse incolumi auctori nobis videmur c. LXVII hunc in modum continuato: *anno peracto cum Polynices regnum ab Eteocle fratre repetisset et ille cedere noluisset (LXIX) expulsus ad Adrastum pervenit, et Tydeus . . . venit. Adrasto autem Talai . . . coniugium. quod cum satellites . . . Chloris. (LXX) Reges septem . . . Arcas. (LXVIII) qui cum Thebas oppugnarent . . . sunt potiti. Ibi Capaneus . . . seducitur.*

LXX. hi omnes . . . ereptus est.
LXXI. Capaneus . . . interfecerunt.
LXXI. Ibi Adrastus beneficio equi profugit. reliqui perierunt.

Haec habui, quae de forma libri ante Dosithei aetatem arbitrarie mutata dissererem. qua vero ratione mythographus ille, qui Hygini nomen mentitus esse creditur, maiores opusculi partes inter

se conexuerit, e praesenti libri condicione perspici non potest. nam quae apud Apollodorum frequentissimae sunt transitionis ab una parte ad alteram factae formulae (*ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ Δευκαλίωνος διεξεληλύθαμεν γένος ἑχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου* vel *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων μέχρι τοῦ δεῦρο ἡμῖν λελέχθω. Προμηθεὺς δὲ* sim.) has uti probabile est in libro genuino non defuisse ita fabulatori narrationis nexu soluto abiciendas fuisse certum est.

Haec habui quae de Hygini libro fabularum praefarer. Restat ut earum indiculum subiungam ordini, quem genuinum fuisse arbitramur, accommodatum:

I

Ex Caligine Chaos . . . et draco Hesperidum
1 Iovis filii
2 Solis filii
3 Neptuni filii
4 Uulcani filii
5 Martis filii
6 Mercurii filii
7 Apollinis filii
8 Herculis filii
9 Amazones

II

10 Philyra
11 Curetes
12 Python
13 Athenae
[Orpheus]
[Myrrha]
14 Marsyas
15 Erichthonius
16 Liber
17 Proserpina
18 Triptolemi currus
19 Uulcanus. Harmonia
20 Sirenes
21 Pandora
22 Prometheus
23 Phoroneus
24 Niobe. Io
25 Epaphus
26 Titanomachia
27 ex Typhone et Echidna geniti
28A Typhon
28B Phaethon
29 Deucalion et Pyrrha
30 Phaethon. Heliades
31 Althaea
32 Oeneus
33 qui ad aprum calydonium ierunt
34 Meleager
35 Agrius
36 Lycaon
37 Callisto
38 Danaus
39 Amymone
[Amymone]
40 filiae Danai quae quos occiderunt
41 Europe

42 Semele
43[a] [Oceani filiae]
43[b] (Liberi nutrices)
44 equorum Solis et Horarum nomina
45 Actaeon
46 Diana et canum nomina
47[A] Pentheus et Agaue . . .
48 Themisto
49 Ino
50 Phrixus
51 Ino alia Euripidis
52 Athamas
53 Cadmus
54 Antiopa
55 eadem Euripidis q. s. E.
56 Niobe
57 Chloris
58 Niobidae
59 Pelias
60 Iuno
61 Argonautae convocati
62 Lemniades
63 Cyzicus
64 Amycus
65 Lycus
66 Phineus
67 Stymphalides
68 Phrixi filii
69 Aeeta
70 Absyrtus
71 Peliades
72 Medea
73 Medea exul
74 Medus
75 Otus et Ephialtes
76 Aesculapius
77 Admetus
78 Alcestis
79 Aegina Myrmidones
80 Asterie
81 Thetis
82 Tityus
83 Busiris
84 Stheneboea. Bellerophon
85 Smyrna
86 Phyllis
87 Sisyphus et Salmoneus
88 Salmoneus
89 Ixion
90 Danae
91 Andromeda
92 Alcyone
93 Alcimena
94 Herculis athla XII ab E. i.
95 parerga eiusdem
96 Megara
97 Centauri
98 Nessus
99 Iole
100 Deianira
101 Aethra
102 Thesei labores
103 Daedalus
104 Pasiphae
105 Minos
106 Theseus apud minotaurum
107 Ariadne
108 Cocalus
109 Philomela
110 Erechtheus
111 Hippolytus
112 reges Atheniensium
113 Laius

114 Oedipus
115 Polynices
116 Antigone
117 Adrastus
118 reges VII Thebas profecti
119 VII epigoni id est filii
120 Amphiaraus Eriphyla Alcmaeon
121 Hypsipyle
122 Tiresias
123 reges Thebanorum
124 Leda
125 Tyndareus
126 Helena
127 Castor
128 proci Helenae
129 Tantalus
130 Pelops
131 Oenomaus
132 Chrysippus
133 Pelopidae
134 Aegisthus
135 Atreus
136 Laomedon
137 Priami filii et filiae num. LV
138 Alexander Paris
139 Paridis iudicium
140 Cassandra
141 Anchisa
142 Ulixes
143 Achilles
144 qui ad Troiam expugnatum ierunt
145 Iphigenia
146 Auge
147 Teuthras
148 Telephus
149 Philoctetes
150 Protesilaus
151 Laodamia
152 Palamedes
153 Hectoris lytra
154 armorum iudicium
155 equus Troianus
156 Iliona
157 Polyxena
158 Hecuba
159 provocantes inter se qui cum quo dim.
160 nobilem quem quis occidit
161 Achivi qui quot occiderunt
162 Troiani qui quot occiderunt
163 Nauplius
164 Clytemnestra (165)
165 Proteus (164)
166 Orestes
167 Iphigenia taurica
168 Chryses
169 Aletes
170 Neoptolemus
171 reges Achivorum
172 Odyssea
173 Ulyssis agnitio
174 Telegonus
175 augures
176 Oeneus
177 Icarius et Erigone et canis
178 Nysus
179 Lycurgus
180 Hammon
181 Tyrrheni?
182 Laocoon
183 Polyidus
47[B] + 184 Merope

185 Atalanta
186 Melanippe
187 Alope
188 Theophane
189 Procris
190 Theonoe
191 rex Midas
192 Harpalycus
193 Endymion
194 Atys
195 Narcissus
196 Hermaphroditus
197 Eurydice?
198 Maleas?
199 Hyacinthus
200 Hyas
201 Arion
202 Orion
203 Pan
204 Venus
205 Nisus
206 Scylla altera
207 Chione
208 Autolycus
209 Coronis
210 Daphne
211 Nyctimene
212 Arge
213 Harpalyce
214 Macareus
215 Rhode
216 Cyrene
217 Hecatea (?)
218 Herse
219 Archelaus
220 cura

III

221 septem Sapientes
222 septem Lyrici
223 septem opera mirabilia
224 qui facti sunt ex mortalibus immortales
225 qui primi templa deorum constituerunt
226 quae mortales cum Iove concubuerunt
227 quae cum Apolline
228 quae cum Neptuno
229 quae cum Mercurio
230 quae cum Libero
231 quae cum Marte
232 quae cum Aquilone
233 qui immortales cum [im]mortalibus concubuerunt
234 qui fulmine icti sunt
235 qui a Neptuno — perierunt, vel ab Mercurio vel a Minerva
236 qui ab Apolline perierunt
237 qui patres suos occiderunt
238 qui matres suas occiderunt
239 qui fratres suos occiderunt
240 patres qui filios suos occiderunt
241 qui filias suas occiderunt
242 matres quae filios interfecerunt
243 quae coniuges suos occiderunt
244 qui coniuges suas occiderunt
245 qui se ipsi interfecerunt

246 quae se ipsae interfecerunt
247 qui cognatos suos occiderunt
248 qui soceros et generos occiderunt
249 qui filios suos in epulis consumpserunt
250 qui a canibus consumpti sunt
251 qui ab apro percussi interierunt
252 faces sceleratae
253 quae quadrigae rectores suos prodiderunt
254 qui licentia Parcarum ab inf. red.
255 qui lacte ferino nutriti sunt
256 quae contra fas concubuerunt
257 quae piissimae fuerunt [vel piissimi]
258 quae impiae fuerunt
259 quae castissimae fuerunt
260 qui inter se amicitia iunctissimi f.
261 Atreus et Thyestes
262 Lyncus
263 Eryx
264 Agamemnon qui i. D. c. o.
265 noctua
266 Ceres
267 quae bellicosissimae fuerunt
268 qui fortissimi heroes fuerunt
269 . . . qui amplissimi fuerunt
270 qui formosissimi fuerunt
271 qui ephebi formosissimi fuerunt
272 de iis qui in areopago causam dixerunt
273 . . . qui primi ludos fecerunt
274 rerum inventores primi
275 quis quid invenerit
276 oppida qui quae condiderunt
277 insulae maximae

II. Recensiones fabularum libri duae olim extitisse videntur, altera locupletior, altera in compendii angustias redacta. illam praeter Servium, veterem Statii interpretem et mythographos Vaticanos*) praestat:

F: codex Frisingensis 237 literis longobardicis scriptus cuius fragmenta quinque a. 1870 forte fortuna reperta Monaci asservantur, ubi signantur C. lat. 6437. videntur hae laciniae pretiosissimae unius e XIII ternionibus esse reliquiae, fabularum eam partem complexi,

*) hos cum Bunte argumenti potius similitudinem quam congruentiam verborum respiciens saepius, quam debebat, apposuisset, equidem in adnotatione critica hanc mihi legem constitui, ut, nisi cum ipsis Hygini verbis congruerent, testes non adhiberem. et mythographi quidem Vaticani Hyginum interpolatum his fere locis transcripserunt: I 15 (= II 211). 23 'Phrixus . . . immolare'; 'deinde . . . sustulit'; 31. 45 (= II 200) 97 (= II 74) 98. 134. 149? 200 (= II 34) II 8. 22. 34. (= I 200) 74 (= I 97) 75. 81. 84? 97. 99. 103. 134 p. 121, 2 + 136 p. 121, 38—41. 141 p. 123, 22. 29. 162. 200. 202.

quae verbis devictos perdebat (p. 51, 7) . . . propter artificii (p. 69, 7) constituitur.

$A^r\ A^v$ = devictos perdebat —
$[B^r\ B^v]$
$C^r\ C^v$ = et feretum — filios fuisse
$c^r\ c^v$ = atropos — vellet deos
$b^r\ b^v$ = imprecari — coram ea
$a^r\ a^v$ = interficere — artificii

ac primi quidem folii nihil aetatem tulit praeter schedulam exiguissimam, quam totam in adiecta tabula depingendam curavimus: contra sexti folii dimidiam fere partem etiamnunc redintegrare licet, cum alia tria segmenta conglutinatione facta ita cocant ut praeter angustam dextri marginis oram glutinatoris culpa praecisam nihil desideretur. descripsimus quo facilius lectores ipsi iudicarent folii VI paginam aversam:

ut tunc eū ad se mitteret cū posset eū lapidē allevare et gladiū patris
lere Ibi fore indiciū cognitionis filji Itaq; postea e,thra peperit these
q ad puberē e,tatē cū pervenisset' mat̃ pre,cepta e,gej Indicat ej la
dēq; ostendit ut ensē tolleret et Iubet eū athenas ad e,geū pfi
ci eosq; q Itjnerj Infestabant̃ oms̃ occidit;

CXXXVIII ꝛhesej labores
orinetē ueptuni fjliū' armis occidit; pithiocātē q
gradientes cogebat ut secū arborē pinū ad te
flecterent quā cū eo prenderat Ille eā uirib; n
sam faciebat Ita ad terrā gravit̃ elidebatur et periebat hunc In

Folia 2 et 5 tota perierunt. Itaque gratiam habemus fortunae, quod temporum iniuria duobus saltem foliis aliquanto benignius pepercit. nam quamquam scriptura in pagg. $C^v\ c^r$ madore pallidior facta est, tamen non ita evanuit ut legenti nimias difficultates facessat: librarius autem quanta accuratione officio suo satisfecerit etiamnunc e pagg. $C^r\ c^v$ perspicitur, quarum imaginem in media tabula descripsimus. Hunc igitur librum, dum integer esset D. Ioannes Weyer Augustanus, Frisingensis ecclesiae canonicus ac M. Io. Chrumerus canonicus apud divum Andream Frisingensem nec non et Vitus Chrumerus ibidem bonas literas docens communicaverunt cum

Mic.: Iacobo Micyllo, quo curante editio princeps prodiit Basileae apud Ioannem Hervagium anno CIↃ. D. XXXV mense Martio et

Mic^2: h. e. editio altera anni M. D. XLIX mense Martio, repetita 1570. 1578. 1608. Alteram fabularum recensionem repraesentare videtur

Vat.: codex Vaticanus sec. V vel VI exaratus, cuius unum folium nunc rescriptum a B G Niebuhr in bibliotheca Vaticana inventum res thebanas mythologicas continet (p. 73, 20 — 78, 12) et vulgatum est in libro sic inscripto: M. Tulli Ciceronis orationum pro M. Fonteio et C. Rabirio fragmenta . . . . ex membranis bibliothecae Vaticanae editae a B G Niebuhrio C. F. Romae 1820. 8. Fragmentum hoc est:

fol. 38 . . . ASPHINGEESSENTCONSUMPTIOEDIPUS
BMENINTERPRETATUSESTILLASEPRAE
EGNUMPATERNUMETIOCASTENMATREM
REMEXQUAPROCREAUITETEOCLENETPOLY
ENINCIDITTHEBISSTERILITASETPESTILEN
INTERIMERIBOEAPOLYBIREGISUXOR
UERATSICYONETHEBASUENIEIQUEDE
ECITEMMOENETESSENEXQUIEUM . .
TRICEMCOGNOUIT : LAIFILIUMESSEDIXIT

(plicatura) . . . . . SCELERE . . . . . AUDIENS
ADRASTUSTALAIFILIUSHABUIT . .
HUICABAPOLLINERESPONSUMFUIT
DATURUMQUODTYDEUSOENEIFILIUS
DFRATREMMENALAIPPUMINUENANDO
ATECTUSADRASTUMUENITEODEMTEM
DISFILIUSCUMABETEOCLEFRATREEREGNO
ONISOPERTUSUENIT . hosADRASTUSCUMU.

DITMEMORSORTISARGIAMPOLYNICI fol. 45
GIUMDEDIT
ADRASTUSTALAIFILIUSCAPANEUSHIPPO
RAUSOECLEIFILIUSPOLYNICESOEDI
EIFILIUSPARTHENOPAEUSATALANTES
AEGIALEUSADRASTIFILIUSPOLYDORUSHI
NELUSCAPANEIFILIUSALCMEONAMPH
POLYNICISFILIUSBIANTESPARTHENOP . EI

POLYNICESOEDIPODISFILIUSANNOPERACT
TREPATERNUM . . . . . ILLECE . . . E . . LUIT plicatura *)
UENIT . IBICAPANEUSQUODCONTRA
SECAPTURUMDIXITCUMMURUMASC
SUSESTAMPHIARAUS
DEPUGNANTESALIUSALIUMINTERFECER
PARETURETSIUENTUSUEHEMENSEST
INUNAMPARTEMUERTITSEDINDUAS
THEBASOPPUGNARENTETTHEBANUS

Secundum Micyllum de Hygino optime meritus est

Comm.: Hieronymus Commelinus, cuius editioni a. MDXCIX. 8 vulgatae praefatus est Iuda Bonutius defuncti editoris avunculus. is addidisse videtur, quae fol. d. 8 post indices leguntur sic inscripta: 'errata non tantum editionis huius sed etiam superiorum omnium'. Tertius libro vitiis scatenti fecundissimam voluntatem praestitit

Sch.: Ioannes Scheffer, quo adcurante Hygini quae hodie exstant prodierunt Hamburgi a. MDCLXXIV. 8: adnexae sunt

Mu.: Thomae Munckeri adnotationes, qui postea et ipse inter mythographos Latinos Hyginum edidit Amstelodami a. MDCLXXXI. 4. Deinde integros Micylli Schefferi Munckeri commentarios Thomae Wopkensii emendationibus et coniecturis suisque animadversionibus auctos repetendos curavit

Stav.: Augustinus van Staveren in auctoribus mythographis latinis L B. 1742. 4. quam editionem longo intervallo secuta est editio hoc saeculo indigna

Bu.: Hygini fabulae ed. Bernhardus Bunte Lips. (1856) 8. Denique Σ editoris novissimi pericula critica indicat. Praeterea crucis signo † notati sunt loci de integritate valde suspecti, velut p. 106, 12 '*loton* †*ex foliis flore procreatum*' ubi possis etiam '*loton* florem ex Lotide *procreatum*'

* verborum defectum cum qui vario modo expleri possit notat, c. c. p. 110, 14 '*quam interdiu* detexebat*'. Hamulis

[ ] seclusa sunt aperte spuria, quorum pars aliqua debetur ei, qui continuam orationem in capita dispescuit.

— — secernunt, quae quidem auctoris sunt sed loco minus commodo

*) Supple: repetit ille cedere noluit. [Itaque Polynices Adrasto rege adiuvante cum septem ductoribus Thebas oppugnatum] venit. Unus versus periit.

posita, e. c. p. 104, 9—17 *'CXXI Chryses . . . concepisse'*, quod caput haud scio an CHRYSEIS inscriptum fuerit et caput CVI antecesserit.

| | separant ea, quae contra codicis auctoritatem addita sunt: velut p. 93, 9 'simu|*lans se Ata*|lante' pro simulante; p. 62, 11 'disco misso quod ventus distulit in|*fregit*| caput Acrisii et eum interfecit'; p. 63, 20 sensit Amphitryon numen aliquod fu|*tu*|isse pro se' cum in F sit fuisse. Est etiam ubi in ipso contextu lectionis discrepantiam notandam duxi, e. c. p. 46, 4 PHLIAS^{US}, ubi F porrigit Phliasus, p. 65, 22 'purgare [sive lustrare]'. Plerumque tamen talia adnotationi criticae inserere malui p. 98, 26 *Ilione*^{a} pro Ilionea; p. 57, 5 *'qui ab Apolline enecti*^{interfecti} *sunt'*, ubi F praebuisse dicitur 'ab Apolline nacti sunt interfecti': cf. mus. rhen. vol. XXVII p. 495.

. . . notavi bis scripta quae semel erant scribenda, ut p. 112, 4 *Thestoris filius. Theoclymenus* Thestoris filius. Telemus *Protei filius Telemus* et q. s.

Quae literis diductis expressa sunt flosculos esse scito e poetarum pratis decerptos, Ennii Lucretii Vergilii Ovidii Statii Pindari latini aliorum: p. 25, 10 *caeli fornicem* p. 25, 18 *media ipsa Chimaera* p. 97, 20 *vulnera tum* (*denique passum*), quae cum in archetypo sic scripta essent vulnera tum d. p. librarius mutila fecit abiectis D. P. p. 73, 19 *regni cupidine*, nisi fuit cupidine regni, p. 106, 1 *ossa per Ambraciae sparsa*, p. 97, 9 ad currum — traxit circa muros, quae ex inc. auct. Iliad. 1003 fluxisse fugit interpretes; p. 139, 14 *lacte ferino*.

Literis cursivis expressa sunt capita in libris scriptis forte fortuna servata.

Orthographiam libri Frisingensis cum in aliis minutiis (*caesti*(*bu*)*s optinere ammirari*) attrectare religioni duximus, tum in insolentiore nominum propriorum scriptura. itaque servata videbis *Zminthen Zminthii Zmyrna*; atque ubique *Clytemnestra* servavimus (Cic. de fat. 15, 34 H Keil Serg. expl. p. 490, 21 Bergk Phil. Gott. XXVIII p. 450) licet non ignoremus Clytemestram praeferre Ottonem Heine Cic. off. I 31, 114 Fridericum Meister in Dicty; Clytaemestram Alfredum Fleckeisen p. 13.

Moesia tamen pro Mysia ut cum Meistero ederem a me non impetravi qui neque Froegiae admiserim cum Schuchardto Vulgürl. II 281 O Ribbeck trag. rom. fr. Acc. 179. Denique de nominum propriorum declinatione anomala lectores ad Neui librum diligentissimum brevitati studens ablegavi. hunc igitur inspiciant, ne quis de formis quales sunt *Titani Briseidam Chrysi Persi Sphingae aega Amazonam Salaminam* (a codice Bernensi Dictys Cretensis VI 4 oblata sed a Meistero spreta) *Ity Argo Callisto* similia resideat scrupulus.

In numeris capitis XCVII emendandis tantum apud me valuit Homeri auctoritas, ut vel invito codice homericos numeros restituendos esse putarem: in capite autem CXIIII scribae suos relinquere errores satius duxi, cum Protesilai Philoctetae Neoptolemi nomina documento haud dubio essent, Hyginum hac in re praeter Homerum alios quoque testes secutum esse, quorum computandi rationem ignoramus. numeri homerici hi sunt:

Achilles	XXXXVIII	Antilochus	VIIII
Protesilaus		Peneleus	II
Eurypylus	III	Aiax Oilei	II
Thoas	I	Leitus	I
Thrasymedes	I		
Agamemnon	XI	Diomedes	XX
Menelaus	VIII	Philocteta	
Meriones	VII	Ulysses	XVIII
Idomeneus	VI	Leonteus	V
Aiax Telamonius	XXVII		
Patroclus	LIIII	Polypoetes	IV
Teucer	XV	Neoptolemus	

Fit numerus CCXXXX

De Menelao igitur Merione Peneleo Leonteo Hygino cum Homero convenit, atque antiquitus de Aiace Telamonio Patroclo Eurypylo Thoante Thrasymede Polypoete convenisse conicias. Sed reliquis numeris quid fiet? In iis mihi quidem gravius peccatum videtur, quam quos sobrius criticus ex Homero emendare audeat. Etiam capitis CCLXXVI numeri cum peius sint habiti, quam ut certa emendandi via pateat, in toto tmemate ad fidem editionis principis expresso coniecturis me abstinui: haud scio tamen an a vero proxime sit afuturus, qui stadii Eratosthenici memor (Hultsch metrol. p. 50) tabulam confecerit hanc:

Sicilia in triscelo posita: circuitu stadia	DIƆ∞C*LXXX*
Sardinia in circuitu stadia	DƆD*CL*
Creta in longitudine ∞∞DCC circuitu stadia	DƆDCCC*XC*
Cyprus circuitu stadia	
Rhodos in rotundo posita circuitu stadia	∞CCL
Euboea circuitu stadia	∞∞∞∞DCL
Corcyra	
Sicyon ager bonus circuitu stadia	mille centum
Tenedos insula contra Ilium circuitu stadia	MCC
Corsica ager pessimus circuitu stadia	∞∞∞∞CCL

Mille enim passus cum decem stadia Eratosthenica aequent, totius Sardiniae circumferentia, quam Plinius et Marcianus Capella DLXV M passuum esse asserunt, necesse est stadia confecerit DƆDCL: neque alium numerum perhibuisse Hyginum, ubi nunc XCCL editur, inde mihi videor recte colligere, quod in notis numeralibus CL cum numero eratosthenico convenit. Atque idem accidere observabimus in iis notis numeralibus, quae Siciliae et Cretae circumitum indicant.

Indicem a me rogatus confecit Carolus Siegen Vimariensis iuvenis sollers et industrius, academiae Ienensis civibus nuper adscriptus.

III. Hygini genealogiarum libros e Latino in Graecum sermonem quis transtulerit, nescio; sed translatos esse constat. Nam graece redditos legit Dositheus magister, qui capita nonnulla inde transscripta suis interpretamentorum libris inseruit. Vid. Boecking Dosithei magistri interpretamentorum liber tertius Bonn. 1832 p. 66—72. Bernhardy Eratosthenic. p. 129—133. C Lachmann Versuch über Dositheus Berol. 1837. 4. p. 6*. Itaque, ne quid omitterem, quod lectori alicui usui esse videri posset, ea ipsa capita scribarum sordibus liberata huic praefationi adicienda curavi.

Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις πρὸ γ' εἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα, ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ· θεῶν γὰρ καὶ θεάων ὀνόματα ἐν δευτέρῳ ἐξεπλέξαμεν· ἀλλὰ ἐπὶ τούτῳ ἔσονται τούτων ἐξηγήσεις, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, τούτων μέντοιγε, ὧν ἐν τοσούτῳ δύναμαι. Ζωγραφία τοιγαροῦν τούτου τοῦ κόπου πολλοῖς τόποις δίδωσιν μαρτυρίαν· ἀλλὰ καὶ οἱ γραμματικοὶ τέχνης ταύτης οὐ μόνον ἐπαινοῦσιν | τὴν εὐφυΐαν, ἀλλὰ καὶ χρῶνται. Μῦθοι μὲν τῶν ὀρχηστῶν ἔνθεν λαμβάνουσιν ἔπαινον, καὶ μαρτυροποιοῦνται ἐν τῇ ὀρχήσει ἀληθινὰ τὰ γεγραμμένα. Ἵνα δὲ εὐκόλως εὕρῃς ἑνὸς ἑκάστου ἐξήγησιν**, πρῶτον οὖν πάντων

Μουσῶν ἐννέα ὀνόματα καὶ τέχνας καὶ τέκνα καὶ οἷς ἐμίγησαν,
καὶ θεῶν ιβ' ὀνόματα,
καὶ ἑπτὰ ζωδίων,
καὶ ἀστέρων δέκα δύο,
περὶ Προμηθέως,
περὶ Ἀφροδίτης *[καὶ Ἄρεος]*,
περὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ποσειδῶνος,
περὶ Ἀκταίονος,
περὶ Δαιδάλου,
περὶ Ἀπόλλωνος καὶ Κασσάνδρας,
περὶ Ταντάλου,
περὶ Φιλύρας,
περὶ Ὀδυσσέως,
περὶ ἀνθρωποπλασίας,
περὶ κατακλυσμοῦ, |||
περὶ Πενθέως,
περὶ δρακόντων,
περὶ Διὸς καὶ Ἥρας,
περὶ Ἰξίονος,
περὶ Μηδείας
περὶ Αἰόλου,
περὶ Μελανίππης,
περὶ Λήδας,
περὶ Ἀλκύονος,
περὶ Ἀγχίσου,
περὶ Διὸς ἐκτροφῆς,
περὶ Μαρσύου,
περὶ Μινωταύρου,
περὶ Διός,
περὶ ὅπλων κρίσεως,
περὶ Ἄργου,
περὶ τεχνῶν εὑρέσεως.

[ά.] Νῦν ἄρξωμαι ἀπὸ Μουσῶν γράφειν· Κλειὼ κιθάραν· μετὰ Πιέρου, ἐγεννήθη Ὑμέναιος. Εὐτέρπη τραγῳδίαν· μετὰ Στρυμόνος, ἐγεννήθη Παιάν. Θάλεια κωμῳδίαν. Μελπομένη ψαλμόν· μετ᾽ Ἀχελώου, ἐγεννήθησαν Σειρῆνες. | Τερψιχόρη αὐλοὺς μετὰ Ποσειδῶνος, ἐγεννήθη Εὔμολπος. Ἐρατὼ κιθάραν· μετὰ Ἀκταίονος, ἐγεννήθη Θάμυρις. Πολύμνια λύραν· μετὰ Ἡρακλέους, ἐγεννήθη Τριπτόλεμος. Οὐρανία ἀστρολογίαν· μετὰ Ἀπόλλωνος, ἐγεννήθη Λῖνος. Καλλιόπη ποίησιν· μετὰ Οἰάγρου, ἐγεννήθη Ὀρφεύς.

[β′.] Θεῶν ὀνόματα ιβ′·

Ἥρα,	Ἀθηνᾶ,
Ἑστία,	Ἄρτεμις,
Ποσειδῶν,	Λητώ,
Ἄρης,	Ἑρμῆς,
Δημήτρα,	Ἀπόλλων,
Ἀφροδίτη,	Ζεύς.

[γ′.] Ἑπτὰ ζωδίων ἡμέραι· ||

Κρόνου ζ′,	Ἑρμοῦ δ′,
Ἡλίου α′,	Διός ε′,
Σελήνης β′,	Ἀφροδίτης ς′
Ἄρεος γ′,	

[δ′.] Ζωδίων ιβ′ ὀνόματα μετὰ ἐξηγήσεως.

Κριός, ὅτι πηγὴν εὗρεν ὁδοιποροῦντι Διονύσῳ. Ταῦρος ὑπὸ Ποσειδῶνος τῷ Διῒ συνεχωρήθη, ὅτι διάνοιαν ἀνθρωπίνην ἔσχεν. Δίδυμοι Ἡρακλῆς καὶ Θησεύς, ἐπειδὴ ὁμοιοτρόποις ἀθλήμασιν ἐγένοντο. Καρκίνος, ὅτι μεθ᾽ Ἡρακλέους ὕδραν ἔσφαξεν. Λέων ὁ Νεμαῖος γνώμῃ Ἥρας [Ἡρακλῆς], ὃν ἔσφαξεν Ἡρακλῆς. Παρθένος Ἠριγόνη, ἥτις σφαγέντος τοῦ πατρὸς ἑαυτὴν ἀνεῖλεν. Ζυγὸς κελεύσει Ἀρτέμιδος | Ὠρίωνα ἔσφαξεν, ὃν ὁ Ζεὺς ἠθέλησεν ἀναγεννᾶσθαι. Τοξότης αὐτὸς μετὰ τῶν Μουσῶν ἀνετράφη· ἐλέγετο δὲ Κρότων· οὗτος ἐγένετο εὐφυής. Αἰγόκερως, ὅτι Τυφῶνα ἔσφαξεν. Ὑδροχόος οὗτος πάσας τέχνας ἦδει καὶ ἀνθρώπους ἐδίδαξεν. Ἰχθύες οὗτοι ᾠὸν μέγα ἐκ τῆς θαλάσσης προήνεγκαν, ὅθεν ἐξῆλθεν ἡ Συρία θεός, ἥτις ἐμήνυσεν ἀνθρώποις ὅσα καλὰ ἦν.

[ε′.] Περὶ Προμηθέως.

Προμηθεὺς πῦρ κλέψας ἀπ᾽ οὐρανοῦ, κρύψας εἰς νάρθηκα κατήνεγκεν ἀνθρώποις, καὶ ἐμήνυσεν αὐτοὺς τηρεῖν εἰς τὴν κονίαν, δι᾽ ἣν αἰτίαν Διὸς κελεύσαντος κατεδέθη ὑπὸ Ἑρμοῦ ||| ἐν ὄρει

Καυκάσῳ, καὶ ὑπεβλήθη αὐτῷ ἀετός, ὃς τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ δι' ἡμέρας ἐδαπάνα, νυκτὸς δὲ πάλιν ἀνεγεννῶντο. Τοῦτον οὖν τὸν ἀετόν ***

[ς'.] ****τὰ κάλλιστα τῆς ὀπώρας, ὅπως βλέπῃ καὶ μὴ θιγγάνῃ.*

[ζ'.] *Περὶ Φιλύρας.*

Κρόνος Δία πανταχῆ ζητῶν μετεμορφώθη εἰς ἵππον, καὶ Φιλύραν Ὠκεανοῦ θυγατέρα ἔγκυον ἐποίησεν, καὶ ἔτεκεν Χείρωνα τὸν Κένταυρον, ὃς πρῶτος ἰατρικῆς ἐπιστήμης εὑρέτης ἐγένετο. Φιλύρα δὲ αἰσχυνομένη διὰ τὴν ἀθεώρητον τοῦ τέκνου μορφὴν θεῶν ἐλέει εἰς ὁμώνυμον δένδρον ἠλλάγη.

[η'.] *Περὶ Ὀδυσσέως, | πῶς ἠδυνήθη Σειρῆνας παρελθεῖν.*

Σειρῆνες Ἀχελώου καὶ Μελπομένης Μούσης θυγατέρες διὰ τὴν ἁρπαγὴν Περσεφόνης θρηνοῦσαι κατέφυγον πρὸς πέτραν Ἀπόλλωνος, κἀκεῖθεν συμβουλίᾳ θεῶν μετεμορφώθησαν εἰς ὄρνεα, κεφαλὰς μόνον ἔχουσαι, κἀκεῖ ᾄδουσαι κατεῖχον τοὺς πλέοντας. Καταλειφθεῖσαι ὑπὸ Ὀδυσσέως ἔῤῥιψαν ἑαυτὰς εἰς θάλασσαν καὶ ἀπώλοντο. * * * * *

Fabularum Hygini per capita index

⌈* * *⌋
Themisto
Ino
Phrixus
Ino alia Euripidis
Athamas
Cadmus
Antiope
eadem Euripidis
Niobe
Chloris
Niobidae
Pelias
Iuno
Argonautae
Lemniades
Cyzicus
Amycus
Lycus
Phineus
Stymphalides
Phrixi filii
Aeeta
Absyrtus
Iason
Medea
Medea exul
Medus
Ot[h]us et Ephialtes
Alcumena
Herculis ἄθλα
parerga eiusdem
Megara
Centauri
Nessus
Iole
Deianira
Aethra
Thesei labores
Daedalus
Pasiphae
Minos
Theseus apud minotaurum
Ariadne
Cocalus
Philomela
Erechtheus
Hippolytus
reges Athenienses.
Aesculapius
Admetus
Alcestis

---

1 ante hanc fabulam antiquitus locum habuisse videntur fab. CXXXVIII—CLXXXIV, ut quae nunc prima numeratur fuerit XXXXVIIIa 46 erichtheus F

Aegina, Myrmidones
Asteri[a]e
Thetis
Tityus
Busiris
Stheneb|o|ea Bellerophon
Smyrna
Phyllis
Sisyphus et Salmoneus
Salmoneus
Ixion
Danae
Andromeda
Alcyone
Laius
Oedipus
Polynices
Adrastus
reges septem Thebas profecti
Epigoni
Antigona
Amphiaraus Eriphyle et Alcmaeon
Hypsipyle
Tiresias
reges Thebani.
Leda
Tyndareus
Helena
Castor
Helenae proci
Tantalus
Pelops
Oenomaus
Chrysippus
Pelopidae
Aegisthus
Atreus
Laomedon
Priami filii
Paris
iudicium Paridis
Cassandra
Anchises
Ulysses
Achilles
qui ad Troiam et quot navibus ierunt
Iphigenia
Auge
Teuthras
Telephus
Philoctetes
Protesilaus
Laodamia
Palamedes
Hector
armorum iudicium
equus troianus
Ilione
Polyxena
Hecuba
provocantes
quem quis occidit
Graeci quot occiderunt
Troiani quot occiderunt
Nauplius
Clytemnestra
Proteus
Orestes

52 mirmydones F 74 hyosipyle F 87 aegysthus F 117 clitemnestra F

Iphigenia Taurica
Chryses
Aletes
Neoptolemus
reges Achivorum.
Odyssea
Ulyssis agnitio
Telegonus.
augures.
Oeneus
Icar|i|us Erigone et canis
Nysus
Lycurgus
Hammon
Tyrrheni
Laocoon
Polyidus
Merope
[Philyra
Curetes
Python
Sirenes
Pandora
Phoroneus
Prometheus
Niobe sive Io
Proserpina
currus Triptolemi
Vulcanus Harmonia
Epaphus
Titanomachia
ex Typhone et Echidna geniti
Typhon
Deucalion et Pyrrha
Phaet|h|on Hesiod|i|
Iovis filii
Solis filii
Neptuni filii
Vulcani filii
Martis filii
Mercurii filii
Apollinis filii
Herculis filii
Amazones
Athenae
Marsyas
Erichthonius
Liber
Danaus
Amymone
filiae Danai quae quos occider|unt|
Alth|a|ea
Oeneus
qui ad aprum calydonium ierunt
Meleager
Agrius
Lycaon
Callisto
Europe
Semele
Actaeon
Diana et canum nomina
Oceani filiae
equorum Solis et Horarum nomina
Pentheus et Agaue|

138—184 in fronte libri antiquitus positas fuisse perspexerunt viri docti

164 post hanc fabulam in ipso libro comparent spuriae duo Orpheus et Myrrha ex Fulgentio translatae 169 amimone F

At[h]alanta
Melanippe
Alope
Theophane
Procris
Theonoe
rex Midas
[Hydon] Hyas [alii]
Harpalycus
Arion
Orion
Pan
Venus
Nisu|s|
Scylla altera
Chione
Autolycus
Coronis
Daphne
Nyctimene
Arge
Harpalyce
(Macareus)
(Rhodus)
(Cyrene)
(Hecatea)
(Herse)
(Endymion)
(Atys)
(Narcissus)
(Hermaphroditus)
(Eurydice)
(Maleas)
(Hyacinthus)
Archelaus
cura
Septem sapientes
(septem lyrici)
septem opera mirabilia
qui facti sunt ex mortalibus immort|ales|
qui primi templa deorum constit|uerunt|
(quae mortales cum Iove concubuer|unt|)
(quae cum Apolline)
(quae cum Neptuno)
(quae cum Mercurio)
(quae cum Libero)
(quae cum Marte)
(quae cum Aquilone)
(quae immortales cum [im]-mortalibus concubuerunt)
(qui patres suos occiderunt)
(qui matres suas occiderunt)
(qui fratres suos occiderunt)
(patres qui filios suos occiderunt)
qui filias suas occiderunt
matres quae filias interfecerunt
quae coniuges suos occiderunt
qui coniuges suas occiderunt
qui se ipsi interfecerunt
quae se ipsae interfecerunt

---

186 melampe F 192 h. e. *Hyon alii* coll. fab. CCXLVIII 201 antolycus F 208 rhodos ‖ fabulae hamulis inclusae in ipso libro nunc desiderantur 217 *maleus* Bu p. 152 coll. schol. Stat. Theb. IIII 224 p. 130 233 [im] secl Bursian

qui cognatos suos occiderunt
qui soceros et generos occider|unt|
qui filios in epulis consumpser|unt|
qui a canibus consumpti sunt
qui ab apro percussi interierunt
faces sceleratae
quadrigae quae rectores suos perdiderunt
qui ab inferis redierunt
qui 'lacte ferino' nutriti sunt
quae contra fas concubuerunt
quae piae fuerunt vel qui pii
quae impiae fuerunt
quae castissimae fuerunt
qui inter se amici et coniunctissimi fuerunt
*Atreus et Thyestes
*Lynceus
*Eryx
*Agamemnon qui Dianae cervam ignarus occidit
(*) noctua)
(*) Ceres)
(qui fulmine icti sunt)
(qui a Neptuno perierunt vel a Mercurio vel a Minerva)
(qui ab Apolline perierunt)
(quae bellicosissimae fuerunt)
(qui fortissimi heroes fuerunt)
(qui amplissimi fuerunt)
qui formosissimi fuerunt
qui ephebi formosissimi fuer|unt|
(iudicia parricidarum qui in arcopago causam dixerunt)
qui primi ludos fecerunt usque ad Aeneam quintum decimum
qui quid invenit
oppida qui quae condiderunt
insulae maximae
rerum inventores primi.

---

*258—*263 spuriae sunt ex Servio ingestae, *262 et *263 in ipso libro nunc desiderantur una cum sex sequentibus et fabula CCLXXII

C. Iulii Hygini Augusti liberti fabularum liber

Digitized by Google

Ex Caligine Chaos
ex Chao et Caligine Nox Dies Erebus Aether
ex Nocte et Erebo: Fatum Mors Letum Conscientia
Somnus Somnia id est Lysimeles Meliphron †dumiles
Porphyrion †epaphus
Miseria Petulantia Nemesis †Euphro[sy]ne
Amicitia Discordia (miseri) Senectus Styx
Parcae tres id est
Clotho Lachesis Atropos
Hesperides
Aegle Hesperie †aerica
.... Dolor Dolus Ira
Luctus Mendacium Ultio
Iusiurandum Intemperantia Altercatio
Oblivio Socordia Timor
Superbia Incestum Pugna
Ex Aethere et Die Terra Caelum Mare
Ex Aethere et Terra Tartarus Pontus* et Titanes
Briareus Gyes |Cottus|

---

3 continentia F *conscientia* Σ coll. Serv. Virg. Aen. VI 274 Senec. Herc. f. 700. fatum senectus mors F corr Σ 4 epiphron F corr Σ ‖ *Hedymeles* coni. Bursian, *Meliedes* coni Σ 5 *Epialtes* coni Bursian ‖ epaphus discordia miseria F corr Σ 7 misericordia styx F corr Σ 11 hesperieaerica F (e dittographia) *Hesperie Africa* Schwenck mus. rhen. 1842 p. 477 *Hesperie Erythia* Unger Sinis p. 109 cum Heinsio 12 'ex aethere et die terra coelum mare. ex aethere et terra dolor' et q. s. F corr Σ 14. 15 iusiurandum ultio F trai Σ 16 ingestum F *egestas* Mic. i. m. (Virg. Aen. VII 276 Claudian Rufin. I 36 Sil. Ital. XIII 585) corr Scaliger 17 coelum F 18 *ex Caelo* coni Σ ‖ terra dolor . . . pugna . oceanus themis tartarus F corr Σ ‖ excide-runt 'centimani cyclopes'

|Brontes| Steropes Arges
Oceanus Tethys Hyperion |Thia|
Polus |Phoebe| Saturnus Ops
|Crius Iapetus Themis| Moneta Dione
Furiae tres id est Alecto Megaera Tisiphone
Ex Terra et Tartaro Gigantes:
Enceladus Coeus †elentes mophius
Astraeus Pelorus Pallas Emphytus
Rhoecus †Ienios Agrius †Alemon[e]
Ephialtes Eurytus †effracorydon †pheomis
Theodamas Athos Typhon Polybotes
†menephiarus Ascus †colophomus Iapetus
Ex Ponto et Terra: Thaumas †tusciversus* Ce|to Ne|reus
Ex Nereo et Doride Nereides quinquaginta: Glauce Thalia Cymodoce Nesaea Spio Thoe |Halie| Cymothoe Act|a|ea Limnoria Melite Iaera Amphithoe Agaue Doto Prot[h]o Pherusa Dynamene Dexamene Amphinome Callianassa Doris Panope Galat[h]ea Nemertes Apseudes |Callianira| Clymene Ianira Ianassa Maera Orithy|i|a Amathia: Drymo Xantho Ligea Phyllodoce Cydippe Lycorias Cleio Beroe Ephyre Opis Asia Deiopea Arethusa Clymene: Creneis Eunice Leucothoe

---

1 Atlas F *Arges* Mu 2 'Oceanus themis' in F ante 'tartarus' posita trai et corr Σ 3 et ptolus F corr Mic. i. m. 5 megera F 7 coems F corr Mic ‖ *Solenius Strophius* coni Bursian in Zarnckii act. lit. 1859 n. 33 p. 531 8 emphitus F 9 phorcus F corr Σ ‖ Sthenios Sch ‖ agrus F corr Sch ‖ *alcyoneus* coni Sch *alemon* Mu *Palaemon* vel *Almops* Σ 10 crylus F corr Mu ‖ *Eurymedon Theomises* coni Bursian 11 othus F corr Σ ‖ poliboetes F 12 *Menecharmus* coni Bursian ‖ abseus F corr Σ ‖ *colophonius* Bursian *Chthonius* coni Σ; ceterum plurima desunt cum Porphyrionem Mimantem Alcyoneum Asterem omitti parum sit probabile 13 thoumas F corr Mu ‖ Cepheus F corr Σ (KH|TΩNH|PEYΣ), excidit *Phorcus* cf. Mus. rhen. XX p. 461 14 dorede F corr Mic² 15 |Halie| adi Bu ‖ cymothoëa actea F corr Mu 16 protho F corr Mu ‖ dynomene F corr Mu 17 *callianira* coni Bu propter Hom. Il. Σ 44 ‖ poenope F corr Mu ‖ galathea nimertis F corr Bu 18 |callianira| add Σ. ianira panopaea ianassa F corr Σ, nam 'panopaea' accessit e Virg. Aen. V 240 19 acmathia F corr Bu ‖ drimo F corr Mu 20 *Asia . . . Clymene* natae sunt ex Virg. Geo. IV 343. 345 21 Crenis F corr Σ coll. Hesiod. Theog. 359 ‖ eurydice F corr Graevius cf. Hesiod. Theog. 247 ‖ *Leucothea* coni. Bursian coll. ct. m. 561, 45

Ex Phorco et Ceto Phorcides: Pemphredo Enyo †Chersis. pro hac ultima Dino alii ponunt.
et Gorgones: Sthenno Euryale Medusa
Ex Ponto et Mari piscium genera
|Ex Oceano et Tethye| Oceanitides: †Hestyaea Melie Ianthe Admete †filvo Pasithoe Poly|dore Zeu|xo Eurynome Euagore[is] Rhodope †lyriscitia †teschinoëno Clyt|i|e Menesto †piecus Menippe Argia. eiusdem seminis flumina: Strymon: Nilus Euphrates Tigris Indus: Cephisus Ismenus Axius: Achelous Simois Scamandrus: Inachus Alpheus Thermodo[o]n: Tanais Maeandrus Orontes.
Ex Polo et Phoebe: Latona Asterie †aphirape
. . . . . Perses Pallas
Ex Iapeto et Clymene: Atlas Epimetheus Prometheus
Ex Hyperione et Thia: Sol Luna Aurora
Ex Saturno et Ope: Vesta Ceres Iuno Pluto Neptunus Iupiter
Ex Saturno et Philyra: Chiron Dolops
Ex Astraeo et Aurora: Zephyrus Boreas Notus Favonius
Ex Atlante et Pleione: Maia Calypso Alcyone Merope Electra Celaeno
Ex Pallante [Gigante Scylla] |et| Styge: Vis Invidia Potestas Victoria
fontes lacus

---

1 tetoa F corr Mic ‖ pamphede F corr Bu ‖ *Persis* coni Bursian coll. Heracl. incred. 13 3 ex gorgone et ceto sthenno F Bursian coll. fab. CLI, correxi ‖ *Stheno* Mu sed Σθεννώ M^3 Hesiod. th. 276 5—11 post 'Iapetus' habet F trai Σ 5 |ex Oceano et Tethy[d]e| Bu ‖ hestyaea nihil aliud videtur quam thetyae sive tethye ‖ meliae F corr Mu ‖ admeto F corr Mu 6 *Stilbo* coni. Bursian *Pluto* Σ ‖ pasiphe F corr Mu ‖ polyxo F corr Σ; de Euagore et Rhodope cf. Hesiod theog. 257 h. Cer. 422 7 *Doris Clytia* coni. Bursian *Philyre Idyia* vel *Doris Idyia* coni. Σ ‖ *Tyche Phaeno* coni. Mu coll. Pausan. IV 30, 4 ‖ clitemneste F *Clytie Menesto* Mu ‖ *Perseis* coni Mu *Pherusa* coni. Σ ‖ de Menippe cf. Hesiod. Theog. 260 8 desunt complura 9 tanais F *Tigris* Σ ‖ ismarus F corr Mic i. m. ‖ axenus F corr Σ 10 Scamandrus huc trai Σ ‖ Scamandrus tigris F *tanais* Σ cf. Philol. XXV p. 437. ‖ meandrus F corr Mu 13 lacunosum locum esse intellexit Micyllus, qui supplet: 'ex Crio et Eurybie Astraeus' 15 aethra F *thia* Mu 16 Iupiter Pluto Neptunus F corr Σ ex Apollod. I 1, 3 18 Astreo F ‖ post 'Favonius' excidisse videntur haec: 'et astra. Ex Perse et Asteria Hecate' 19. 20 imo 'ex Pallante . . . lacus. ex Atlante . . . Celaeno' 20 gigante scylla stygia vis F *gigante et styge scilla vis* Micyllus

ex Neptuno et Amphitrite Triton
Ex Dione et Iove Venus
ex Iove et Iunone Mars
Ex Iovis capite Minerva
ex Iunone sine patre Vulcanus
Ex Iove et Eurynome Gratiae
ex Iove rursus et Iunone Iuventus Libertas
Ex Iove et Themide Horae
ex Iove et Cerere Proserpina
Ex Iove et Moneta Musae
ex Iove et Latona Apollo et Diana
Ex Iove et Clymene Mnemosyne
ex Iove et Maia Mercurius
Ex Iove et Luna Pandia
ex Venere et Marte Harmonia et Formido
Ex Acheloo et Melpomene Sirenes: Thelxiope Molpe Pisinoe
Ex Sole et Perse: Circe Pasiphae Aeeta Perses
ex Aeeta et Idyia Medea
Ex Sole et Clymene: Phaethon et Phaethontides Merope Helie *Aetherie Dioxippe
Ex Typhone et Echidna Gorgon, Cerberus, draco qui pellem auream arietis Colchis servabat, Scylla quae superiorem partem f[o]eminae inferiorem canis habuit [quam Hercules interemit], Chim|a|era, Sphinx quae fuit in Boeotia, Hydra serpens quae novem capita habuit, quam Hercules interemit, et draco Hesperidum.
Ex Neptuno et Medusa Chrysaor et equus Pegasus
Ex Chrysaore et Callirhoe Geryon trimembris.

---

1 amphitrione F corr Mic ‖ *triton* |*et Rhode*| conicias secundum Apollod. I 4, 4 4 gratia F gratie, Mic² 5 libertas] imo *Lucina* (ἐλευθερία pro ἐλευθώ) mus. rhen. XX p. 460 7 post 'musae' in F sequuntur l. 9—11 'ex Iove et Luna . . . Pisinoe' ‖ 'ex Iove et Latona Apollo et Diana' in F post l. 8 'Mercurius' apparent adiectis his 'ex * et *(exit* coni. Σ) terra Python draco divinus. ex thaumante * et iris harpyae caeleno ocypete podarce' ‖ mnemosine F 9 pandion F corr Σ 11 telesraidne molphetes tione F molpe Sch molpe thelxiope Bu 12 Persa F corr Bu 13 clytia F *idya* Mic 14 phaeton et phaetontides F ‖ merore F corr Sch 15 etherie dioxyppe F corr Sch; exciderunt Aegle Lampetie Phoebe (cf. CLIV) 16 *Orthos* coni Bursian 17 foeminae F corr Bu 18 [*quam hercules interemit*] Bursian ‖ chimera F 23 cellirhoe F corr Mic²

|CLV Iovis filii|

Liber ex Proserpina quem Titanes carpserunt, Hercules ex Alcumena, Liber ex Semele Cadmi et Harmoniae |filia|, Castor et Pollux ex Leda Thestii filia, Argus ex Nioba Phoronei filia, Epaphus ex Io Inachi filia, Perseus ex Danae Acrisii filia, Zethus et Amphion ex Antiopa Nyctei filia, Minos Sarpedon et Rhadamanthus ex Europa Agenoris filia, Hellen ex Pyrrha Epimethei filia, Aethlios ex Protegenia Deucalionis filia, Dardanus ex Electra Atlantis filia, Lacedaemon ex Taygete Atlantis filia, Tantalus ex Plutone Himantis filia, Aeacus ex Aegina Asopi filia, Aegipan ex capra, †Boëtis *Arcada ex Callisto Lycaonis filia, Pirithous ex Dia Deionei filia.

[|CLVI Solis filii|

Circe ex Perseide Oceani filia Pasiphae, ex Clymene Oceani filia Phaet|h|on Lampetie Aegle Phoebe **].

|CLVII Neptuni filii|

Boeotus et Hellen ex Antiopa Aeoli filia

Agenor et Bel|us ex Libye Epaphi filia.

Bel|lerophon ex Eurymede Nysi filia.

|CLV iouis filii| add Micyllus 2 hermoniae F corr Sch qui |*filia*| adiecit 4 zethus ex amphio et F zetus et Amphion ex F p. 7 Mic² corr Comm 5 nictei F corr Mu || rhadamantus F corr Mu 6 helena F corr Bu ‖ pyrrhe pimeti F corr Sch ‖ ethalion F corr Sch 7 protogenie F corr Mu 8 lacedemon F lacede,mon Mic² Comm || thaygete F corr Mic² ‖ himantis F *Mimantis* BStark Niobe p. 421, 5 *Atlantis* RUnger Sini p. 105 9 egina F corr Comm ‖ aegippã F aegippam Mic² aegipana Mic. i. m ‖ *Bootes* |*quem alii vocant*| Bursian, qui id quod est 'quem' debebat omittere 10 calisto licaonis F corr Mu et Comm ‖ filia † etolus ex protogenia deucalionis filia pirithous F (aëtlius Mic. i. m) secl Bursian ‖ oenei F corr Mu

|CLVI Solis filii| add Micyllus 11 perside F corr Sch ‖ |*ac*| *Pasiphae* Sch *Ex Perseide Oceani filia Circe Pasiphae* |*Aecta Perses*| rectius Bu 12 'videntur deesse quaedam' Mic Phoebe |Merope Helie Aetherie Dioxippe| Bursian Phaethon |et Phaethontides id est Merope Helie| Lampetie Aegle Phoebe |Aetherie Dioxippe| coni. Bu ‖ ceterum caput insiticium seclusit Bursian JJB XCIII p. 774

|CLVII Neptuni filii| add Micyllus 13 booetus F corr Mu *Boeotus ex Melanippe Aeoli filia* Grotius *Boeotus et Acolus ex Melanippe Aeoli filia* Mu *Boeotus et Acolus ex Antiopa Asopi filia* Bursian coll Paus. II 6, 1 ‖ *Anthippa* Unger parad. Theb. p. 453; Almops ex Helle (Steph. Byz. 77, 3) longius abest 14 |*us . . . Bel*| add Σ

Leucon ex Themisto Hypsei filia. |Hy|rieus ex Alcyone Atlantis filia.
Abas ex Arethusa Nerei filia. †Ephoceus ex Alcyone Atlantis filia.
|Belus| Actor* Dictys ex Agamede Augiae filia.
†Euadne ex Lena Leucippi filia. Megareus ex Oenope Epopei filia.
Cycnus ex Calyce Hecatonis filia. Periclymenus*

|Eurypylus| et Ancaeus ex Astypalaea Phoenicis filia. Neleus et Pelias ex Tyro Salmonei filia. [Euphemus et| Lycus [et Nycteus] ex Celaeno †Ergei filia. †Peleus Arprites. Ancaeus |ex Althaea Thestii filia. Eu|molpus ex Chiona Aquilonis filia. |Nauplius ex| Amymone |Danai filia| [item Cyclops] Euphemus |ex Europa Tityi filia.| Amycus ex Melie |Oceani filia.| Busiris |ex Libye Epaphi| filia.

|CLVIII Vulcani filii|

Palaemon †Cecrops Erichthonius Corynetes Cercyon Philottus Spinther.

|| eurynome F corr Σ ex Apollod. I 9, 3 1 leuconoe F corr Bu ex Apollod. I 9, 2 || themisto F corr Mic² || hipsei F corr Mu || rias F corr NHeinsius ad Ovid. fast. V 499 p. 281 coll schol. Hom. Il. Σ 488 2 aretusa F corr Mic² Comm || herilei F *nerei* Mu || *Epopeus ex |Canace Aeoli filia. Hyperenor ex|* coni Bu coll Apollod. I 7, 4 III 10, 1 *Phoceus* vel *Phocus* Bursian coll. Paus. II 4, 3 ni fallor lin. 1 scribendum est *|Hyperenor et Hy|rieus* et q. s., hoc vero loco '*Epopeus ex Canace Aeoli filia*' nihil amplius 4 [Belus] secl Σ 'Actor' pertinere videtur ad 'Ακτορίωνε Μολίονε παῖδε ap. Hom. Il. Λ. 750. 751 unde restituerim '*Actor|iones ex Molione|*' || dyctis F corr Mic² || augei F corr Bu 5 lena F *Hilaira* Bursian *Euadne ex |Pitane Eurotae fluminis filia. Peratus ex| Calchinia* Bu coll Pausan. II 5, 7 praeeunte Micyllo [*Euadne*] *|Peratus| ex Calchinia* malit Σ || *Oenoe* Bursian (Paus. I 39, 5) 6 cygnus F corr Bu || *Hecataconis* NHeinsius ad Ovid. Heroid. p. 171 *Hicetaonis* Bursian forsan recte || ericlimenus F corr Mu *|ex Chloride Tiresiae filia|* suppl. Σ coll schol. Pind. Nem. IX 61 Eur. Phoen. 1163 7 |Eurypylus| add Σ coll. Apollod. II 7, 1 || autheus F antheus Mic² em Sch || astyphile F corr Sch 8 [euphemus et] secl Σ || nycteus F corr Mu 9 celeno F celaeno Mic² *Celaeno |Atlantis filia|. Erginus* coni. Bu || peleus arprites ancaeus F *Hopleus |et| Aloeus ex Canace |Aeoli filia|* coni. Bursian || |ex . . . Eu|. add. Σ 10 moepus F corr Mu 11 amoemone F corr Sch supplementa debentur Munckero || [item cyclops] secl Σ || *Polyphemus* Bu *Polyphemus |ex Thoosa Phorci filia|* coni. Bursian, corr Σ 12 metus ex melite F corr NHeisius i. m || |oceani filia| add Bu || |ex Lysianassa Epaphi| Bu coll Apollod. II 5, 11 corr Bursian

|CLVIII Vulcani filii| add Micyllus 13 phillamnon F corr Mu coll Apollod. I

|CLVIIII Martis filii|

Oenomaus ex Sterope. [Harmonia ex Venere]. †ex Leodoce; Lycus, Diomedes Thrax, Ascalaphus Ialmenus Cycnus Dryas.

|CLX Mercurii filii|

Priapus. Echion ex Antianira et Eurytus. Cephalus ex Creusa Erechthei filia. †Eurestus Aptale. Libys ex Libye †Palamedis filia.

|CLXI Apollinis filii|

Delphus** Asclepius ex Coronide Phlegyae filia. † Eurypides ex Cleobula. †Ilius ex Urea Neptuni filia. Agreus ex Euboea Macarei filia. Philammon ex Leuconoe Luciferi filia. Lycoreus ex |Corycia| nympha. Linus ex Urania musa. Aristaeus ex Cyrene Penei filia.

|CLXII Herculis filii|

Hyllus ex Deianira. Tlepolemus ex Astyoche. †Leucites. Te-

9, 16 ‖ cercion F corr Mu ‖ philoctus pinther F *Philottus* Bursian coll Parthen. erot. 33 *Spinther* Sch.

|CLIX Martis filii| add Micyllus 1 asterope F corr Stav. cf. Tzetz. Lyc. 149 nisi malis *Oenomaus ex |Arpinc. Euenus ex| Sterope* coll Plutarch P M 40 vol VIII p. 436 ed. Hutten Εὔηνος Ἄρεος καὶ Στερόπης (Ἀστερόπης Petav.) τὴν Οἰνομάου γήμας Ἀλκίππην ‖ leodo ex ce *F ex leodoce F p. 7 leodoce ex ce Mic² *Leodocus ex Pero* coni. Bursian coll. Apoll. Rhod. A 118 parum probabiliter 2 de Lyco cf. Juba ap. Plut. P M XXIII p. 425 Hutt. ‖ *Dryas. Amazones . . . Penthesilea.* Bursian, at c. CCXXIII Otrera Martis coniunx appellatur

|CLX Mercurii filii| add Micyllus 3 echo, antian, eurytus F corr Burmann in catalogo Argonautarum, atque 'Echion' etiam Mu 4 erictei F erichtei F p. 7 erichthei Mic² em Mu ‖ lybys ex Lybie F corr Mic² ‖ *Epaphi et Memphidis filia* coni Bursian

|CLXI Apollinis filii| add Micyllus 5 phlegiae F corr Comm ‖ eurypides F euripides Mic² |*sed ut ait*| *Euripidis ex †Cleobula* Bursian nisi '|*Myrtilus*| *ex Cleobula*' scribendum et ad c. CLX referendum coll. Tzetz. Lyc. 162 6 *Cycnus ex Hyria* vel *Phylius ex Hyria* coni Bursian *Phyllus ex Hyria* coll. Anton. Lib. met. 12 Ovid. met. VII 371 Heinsius, *Miletus ex Area* Bu coll. Apoll. III 1, 2 nisi 'Ilius ex Vrea' natum sit e 'Linus ex Vrania' et reponendum '*Iamus ex Euadne*' ‖ Argeus F corr Σ ‖ eubea F corr Mu 7 Leuconoe] *Philonide* coni Bursian coll. Hygin. CC Schol. Odyss. τ. 432 Conon. narr. 7 8 |corycia| add Mu ‖ aristeus F corr Mu

|CLXII herculis filii| add. Micyllus 10 hillus F corr Mu ‖ leucites F *Lysippus*

lephus ex Auge Alei filia. Leucippus. Ther|i|omachus Creontiades †Archelous |Di|opithes Deicoon. Euhenus. †Lidus et duodecim Thespiadae, quos ex Thespii regis filiabus procreavit.

|CLXIII Amazones|

Ocyale Dioxippe Iphinome Xanthe Hippothoe Otrere Antiope Laomache Glauce Agaue Theseis Hippolyte Clymene Polydora Penthesilea.

|CXXXVIII Philyra|

Saturnus Iovem cum quaereret per terras, in Thracia cum Philyra Oceani filia in equum conversus concubuit; quae ex eo peperit Chironem centaurum, qui artem medicam primus invenisse dicitur. Philyra postquam invisitatam speciem se peperisse vidit, petit ab Iove, ut se in ali[qu]am speciem commutaret, quae in arborem philyram hoc est tiliam commutata est.

Mu ut dittographiam eius quod est Leucippus secl. Bursian 1 *Ctesippus* Mu, cum Leucippus inter Thespiadas numeretur ‖ theromachus F *Therimachus* vel *Theriomachus* Mu ‖ Leontiades F schol. Stat. Theb. IIII 570 corr Mic. in m 2 archelous F *Agelaus* Sch. coll. Apollod. II 7, 8 qui non diversus videtur ab Acelo sive Acele St. Byz. Archelaum Heraclidem per errorem ab Hygino Herculis filium dici suspicatus est Bursian: utut est 'Archelous' rectius post 'Lydus' poni manifestum est ‖ ophites F Διοπείθους anon. tractat. de fraterno amore ap. Westerm. Paradox. p. 219, unde corrigo *(Di)opithes:* sed eodem auctore *Archelous* in *Aechmaeus* mutare non ausim ‖ deucalion F corr Sch. ‖ euhenus F *Eueres* Sch. coll. Apollod. II 7, 8 sed cf. Hygin CCXLII ‖ lidus F *lydus* Mu ‖ *duodecimo* coni Σ ‖ thespiades F corr Bursian

|CLXIII Amazones| add Micyllus 4 hypothoe F corr Mic² ‖ othrepte F corr Mic. i. m. ‖ antiocho F corr Sch 5 *Andromache* schol. Hom. Il. Γ 189 ‖ Theseis secl. Bursian recte ni fallor; Hippothoae Quintus Sm. meminit ‖ Amazones . Ocyale . . . Penthesilea post CLVIIII Dryas traici iubet Bursian (IIB. XCIII p. 774)

|CXXXVIII philyra| index |CXXXVIII philyra quae in tibiam versa est| Micyllus, nisi quod tiliam F p. 7 Mic² 9 *medicinam chirurgicam ex herbis* fab. CCLXXIV 10 inusitatam F *invisitatam* corr Staveren, atque ἀθεώρητον Dositheus p. 71 ‖ *petiit* Bursian sed vid. Fr. Neue Formenl. II p. 408 §. 66 11 *aliam* Mu ‖ spetiem F *speciem* Mic² 12 φιλύραν Bursian cum schol. Germanic. Arat. p. 86 Buhle ‖ sequitur noster auctorem gigantomachiae (titanomachiae Duentzer fragm. epic. p. 3) ap. schol. Apoll. Rhod. I 554. Dosithei haec sunt:

|CXXXIX Curetes|

Postquam Opis Iovem ex Saturno peperit, petit Iuno ut sibi eum concederet, quoniam Saturnus Orcum sub tartara deiecerat et Neptunum sub undas, quod sciret, si quis ex eo natus |superesset fatum| esse |u|t se regno privaret. qui cum Opem rogaret, ubi esset quod [illa] peperisset, illa lapidem *involutum ostendit: eum Saturnus devoravit. quod cum sensisset, coepit Iovem quaerere per terras, Iuno autem Iovem in Creten[si] insula|m| detulit. at Amalthea pueri nutrix eum in cunis in arbore suspendit, ut neque coelo neque terra neque mari inveniretur: et ne pueri vagitus exaudiretur, impuberes convocavit eisque clipeola aenea et hastas dedit et iussit eos circum arborem euntes crepare. qui Graece Curetes sunt appellati; alii Corybantes dicuntur, hi autem Lares appellantur.

|CXL Python|

Python Terrae filius draco ingens. hic ante Apollinem ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat. huic ex Latonae partu interitus erat fato futurus. eo tempore Iovis cum Latona Poli filia concubuit. hoc cum Iuno resciit, facit ut Latona ibi pareret,

---

Περὶ Φιλύρας

Κρόνος Δία πανταχῆ ζητῶν μετεμορφώθη εἰς ἵππον καὶ Φιλύραν Ὠκεανοῦ θυγατέρα ἔγκυον ἐποίησεν. καὶ ἔτεκεν Χείρωνα τὸν Κένταυρον ὃς πρῶτος ἰατρικῆς ἐπιστήμης εὑρετὴς ἐγένετο. Φιλύρα δὲ αἰσχυνομένη διὰ τὴν ἀθεώρητον τοῦ τέκνου μορφὴν θεῶν ἐλέει εἰς ὁμώνυμον δένδρον ἠλλάγη.

De Philyra

Saturnus Iovem ubique inquirens demutatus est in equum et Philyram Oceani filiam praegnantem fecit; et enixa est Chironem Centaurum, qui primus medicinae artis adinventor fuit. Philyra autem confusa propter invisam filii figuram deorum misericordia in cognominatam arborem demutata est.

|CXXXIX Curetes| add Mic περὶ διὸς ἐκτροφῆς. de iouis nutritu Dositheus p. 67 1 *Ops* schol. Stat. Theb. III 785 p. 158 cf. Neue Formenl. I p. 135 ‖ *petiit* Bursian 3 eo F ea Sch ‖ natus esset se F *natus adolesset* Bursian *natus |superesset fatum|esse* ut coni Σ 4 *Opim?* Ov. Met. X 497 ‖ ut F *ubi* schol. Stat. l. c. myth. Vat. II 16 p. 79, 13 5 *quod pepererat* schol. ‖ *ei involutum veste* schol. mythogr. 7 cretensi iusula F corr Bu Neue Formenl. I p. 48 ‖ adamantaea F *Amalthea* schol. *At Amalthea* Bursian 8 *caelo* idem 10 clypeola F 11 Κούρητες Bursian 12 *aliis* Sch. hoc aut *dicunt* Mu *alibi* Bursian ‖ *hic* Bursian 9—12 audiretur, Corybantes posuit, qui a |Graecis| Curetes Latine Lares familiares appellantur schol. l. c

|CXL Python| add Micyllus 15 [eo] coni Σ ‖ *Coei* temere Bu 16 *fecit* Bur-

quo Sol non accederet. Python ubi sensit, Latonam ex Iove gravidam esse, persequi coepit ut eam interficeret: at Latonam Iovis iussu ventus Aquilo sublatam ad Neptunum pertulit. ille eam tutatus est, sed ne rescinderet Iunonis factum, in insulam eam Ortygiam detulit, quam insulam fluctibus cooperuit. quod cum Python eam non invenisset, Parnassum redit: at Neptunus insulam Ortygiam in superiorem partem retulit, quae postea insula Delos est appellata. ibi Latona oleam tenens parit Apollinem et Dianam, quibus Vulcanus sagittas dedit donum. post diem quartum quam essent nati, Apollo matris poenas executus est. nam Parnassum venit et Pythonem sagittis interfecit, unde Pythius est dictus ossaque eius in cortinam coniecit et in templo suo posuit, ludosque funebres ei fecit, qui ludi Pythia dicuntur.

|CLXIIII Athenae|

Inter Neptunum et Minervam cum esset certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Iovem iudicem sumpserunt. Minerva quod primum in ea terra oleam sevit, quae adhuc dicitur stare, secundum eam iudicatum est. at Neptunus iratus in eam terram mare coepit irrigare velle; quod Mercurius Iovis iussu id ne faceret prohibuit. itaque Minerva ex suo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum esse constitutum.

---

sian 4 *fatum* frustra Barthius 6 *rediit* Bursian 11 inde F corr Mu ‖ post hoc caput collocandas esse fab. CXLVI. CXLVII. [CXLVIII] non modo e fab. CXLI sed ex Apollod. I 5, 1. 2 etiam manifestum est

|CLXIIII Athenae| add. Micyllus ex indice, περὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ποσειδῶνος. de Minerva et Neptuno Dositheus p. 66 17 *exstare* frustra coni Mu 19 cf. CCLXXV 20 post 'constitutum' in F subsequuntur duae fabulae in indice non signatae, ut observavit Micyllus, quas ab inepto quodam interpolatore Hygino ex Fulgentio III 10. III 8 assutas esse intellexit Munckerus. sunt autem his verbis conceptae: Orpheus Eurydicem (l. — cen) nympham amavit quam sono citharae (cytharae F) mulcens uxorem duxit. hanc Aristaeus (aristeus F) pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit et mortua est. postque (post quam Fulg. *post quae* Σ coll. CLXXXVI) maritus ad inferos descendit et legem accepit ne eam conversus aspiceret; quam conversus aspiciens iterum perdidit. Myrrha cum patrem suum amaret inebriavit et sic cum eo concubuit. quod pater resciens utero plenam coepit evaginato persequi gladio. illa in arborem myrrham est conversa, quam pater gladio feriens Adonis

CLXV Marsyas

Minerva tibias dicitur prima ex osse cervino fecisse et ad epulum deorum cantatum venisse. Iuno et Venus cum eam irriderent, quod et caesia erat et buccas inflaret, foeda visa et in cantu irrisa in Idam silvam ad fontem venit ibique cantans in aqua se aspexit et vidit se merito irrisam: unde tibias ibi abiecit et imprecata est, ut quisquis eas sustulisset gravi afficeretur supplicio. Quas Marsyas Oeagri filius unus e satyris invenit; quibus assidue commeletando sonum suaviorem in dies faciebat, adeo ut Apollinem ad citharae cantum in certamen provocaret. quo ut Apollo venit, Musas iudices sumpserunt: et cum iam Marsyas inde victor discederet, Apollo citharam versabat idemque sonus erat; quod Marsya tibiis facere non potuit. itaque Apollo victum Marsyan ad arborem religatum Scythae tradidit qui eum membratim †separavit. reliquum corpus discipulo Olympo sepulturae tradidit: e cuius sanguine* flumen 'Marsya' est appellatum.

CLXVI Erichthonius

Vulcanus Iovi c[a]eterisque diis solia aurea ex adamante cum fecisset, Iuno cum sedisset subito in aëre pendere coepit. quod cum ad Vulcanum missum esset, ut matrem quam ligaverat solveret, iratus quod de coelo praecipitatus erat negat se matrem ullam habere. quem cum Liber pater ebrium in concilio deorum adduxisset, pietati negare non potuit: tum optionem a Iove accepit,

---

exinde natus est, quem Venus diligens* ('desunt reliqua' Micyllus) ‖ verba 'quem Venus diligens' non agnoscit Fulgentius p. 212 ed. Comm

CLXV marsyas F περὶ Μαρσύου. de marsua Dositheus p. 67 3 *esset* Bu 4 sylvam F 7 *Hyagni* dubitanter Mu ‖ ex turis F ex satyris Mic. i. m. *unus e satyris* Σ (unus ex tityris Salmas ad Solinum p. 119) 9 cytharae F 11 cytharam F 13 [*eum*] *membratim cutem ei separavit* Sch. coll. Apicio de opson. VIII 1 p. 60 Bernhold: 'ita ut cutem a carne separes' |*pel*|*le privavit* Σ coll. Lactant. arg. Ovid. Met. VI 6 15 marsyan F Marsyas Sch. *Marsya* Σ coll. Ovid. Met. VI 400, unde conicias *Marsya est appellatum n*|*omen habet*|; cf. Fr. Neue Formenl. I p. 37. 38 et de acc. Marsyan §. 19 p. 56. 57

16 soleas aureas F corr Sch hoc aut *sellas aureas* Mu ‖ ex] *nexa* Jacobus Perizonius 20 *concilium* Bu 21 promissum accepit ut quidquid vellet praesumeret Fulgent. II 14, unde aut 'promissionem' pro 'optionem' legendum aut 'impetraret'

si quid ab iis petiisset, impetraret. tunc ergo Neptunus, quod Minervae erat infestus, instigavit Vulcanum Minervam petere in coniugium. qua re impetrata in thalamum cum venisset, Minerva monitu Iovis virginitatem suam armis defendit, interque luctandum ex semine eius quod in terram decidit natus est puer, qui inferiorem partem draconis habuit; quem Erichthonium ideo nominarunt, quod ἔρις graece certatio dicitur, χθὼν autem terra dicitur. quem Minerva cum clam nutriret, dedit in cistula servandum Aglauro Pandroso et Hersae Cecropis filiabus. hae cum cistulam aperuissent cornix indicavit; illae a Minerva insania obiecta ipsae se in mare praecipitaverunt.

CLXVII Liber

Liber Iovis et Proserpinae filius a Titanis est distractus, cuius cor contritum Iovis Semelae dedit in potionem. ex eo praegnans cum esset facta, Iuno in Beroen nutricem Semeles se commutavit et ait: 'alumna, pete a Iove ut sic ad te veniat, quem ad modum ad Iunonem, ut scias quae voluptas est cum deo concumbere'. Illa autem instigata petit ab Iove, et fulmine est icta. ex cuius utero Liberum exuit et Nyso dedit nutriendum unde Dionysus est appellatus et Bimater est dictus.

|CXLVI Proserpina|

Pluton petit ab Iove Proserpinam filiam eius et Cereris in coniugium [daret]. Iovis negavit Cererem passuram ut filia sua in tartaro tenebricoso sit, sed iubet eum rapere eam flores legentem in monte Aetna, qui est in Sicilia. in quo Proserpina dum flores cum Venere et Diana et Minerva legit, Pluton quadrigis venit et eam rapuit. quod postea Ceres ab Iove impetravit, ut dimidia parte anni apud se, dimidia apud Plutonem esset.

---

delendum esse censet Wopkens ‖ a Iove] *ab Iove* Σ 7 eris F ‖ chthon F 9 herse F 10 in mare] de arce Hygin. astron. II 13

12 Titanis] cf. CL 13 semele F Semele, Comm 15 *ab Iove* Σ 16 est] *sit* Sch. e fab. CLXXVIIII, ubi eadem narrantur 19 [et bimater est dictus] secl. Mu defendit Lange p. 36 ‖ totum caput secl. Bursian IIB. XCIII p. 777

|CXLVI Proserpina| add Micyllus 20 *petiit* Bursian 21 *duret* secl. Bursian, *sibi in coniugium daret* Mu, *Iove ut sibi Proserpinam* Bu voluerant 25 quod postea] cf. CXLIIII

|CXLVII Triptolemus|

Cum Ceres Proserpinam filiam suam quaereret devenit ad Eleusinum regem, cuius uxor Cothonea puerum Triptolemum pepererat, seque nutricem lactantem simulavit. hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdiu lacte divino alebat, |noctu| clam [in] igne obruebat; itaque praeterquam solebant mortales crescebat. Id sic fieri cum mirarentur parentes eam observaverunt. cum Ceres eum vellet in ignem mittere pater expavit: illa irata Eleusinum exanimavit, at Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit; nam fruges propagatum currum draconibus iunctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum frugibus obsevit. postquam domum rediit, Celeus eum pro benefacto interfici iussit; sed re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum dedit** quod ex patris nomine Eleusinum nominavit Cererique sacra* instituit, quae thesmophoria graece dicuntur.

|CXLVIII Vulcanus|

Vulcanus cum resciit Venerem cum Marte clam concumbere

|CXLVII Triptolemus| add. Micyllus *currus triptolemi* index ‖ auctor fabulae Panyasis ap. Apollod. I 5, 2 1 *Ceres cum* schol Statii Theb. II 382 p. 63 Serv. Verg. Geo. I 19 ‖ *suam* om Servius ‖ *venit* schol 2 hionia codex Tiliobr. hioma Monac. 6396 hiona myth. Vat. II 96 p. 107, 22 cyntinia (*cytinia* coni Bursian) Servius ‖ *peperit Triptolemum* schol 3 lactantem] om schol *pueri amore ducta* Servius ‖ *simulabat* schol *simulavit reginae* Serv. 4 *recipit datque ei nutriendum* schol ‖ hanc . . . Ceres] sed nutrix recepta Servius ‖ *dum* schol 5 *eum lacte* Serv. ‖ *nutriebat* schol ‖ noctu om F e schol. (myth. Vat. II 97) Serv. add Bursian ‖ *clam igne cum* schol *in ignem* (cf. CXCV) *clam* Servius 6 itaque . . . crescebat om schol ‖ et sic F *id sic* Servius 7 *pater admiraretur nocturno tempore observavit* Servius *cum hoc pater miraretur n. t. observavit, et* schol 7. 8 eum . . . mittere] vellet puerum in cinere et in igne abscondere Servius, puerum igne obrueret schol ‖ *exclamavit* schol. mythogr. Serv. *expavescens exclamavit* ei Σ ‖ *ac* schol 9 *contulit* schol *dedit* Servius 10 *ei propagandas et* mythogr. schol *ad fruges propagandas (portandas)* Servius propagati F corr Mu ‖ *iunxit deditque ei* Serv ‖ *ille vectus* schol Serv. 11 *observit, quem* Servius ‖ *posteaquam* schol ‖ peleus F *Cepheus rex* (ms Tiliobr. Celeus) schol *cum Cephalus rex* Servius 12 pro . . . iussit] tanquam aemulus interficere conatus est Schol, interficere voluisset Servius 13 *tradidit ibique oppidum constituit* schol myth. Vat. II 99 *tradidit. qui accepto regno oppidum constituit* Servius ‖ quod] *et* Servius ‖ *patris sui* schol ‖ Eleusim Mic ‖ *appellavit Eleusinum* schol 14 fierique sacrum F *Cererique sacra primus* Servius *Cereri sacra primus* schol ‖ *appellantur* schol

|CXLVIII Uulcanus| Micyllus *Vulcanus Harmonia* index περὶ Ἀφροδίτης |καὶ

et se virtuti eius obsistere non posse, catenam ex adamante fecit et circa lectum posuit, ut Martem astutia deciperet. ille cum ad constitutum venisset, concidit cum Venere in plagas, adeo ut se exolvere non posset. id Sol cum Vulcano nuntiasset, ille eos nudos cubantes |ut| vidit, deos omnes convocavit † viderunt ex eo Martem id ni faceret pudor terruit. ex eo conceptu nata est Harmonia, cui *Minerva et Vulcanus vestem sceleribus tinctam muneri dederunt, ob quam rem progenies eorum scelerata extitit. Soli autem Venus ob indicium † ad progeniem eius semper fuit inimica.

|CXLI Sirenes|

Sirenes Acheloi fluminis et Melpomenes Musae filiae Proserpinae raptu aberrantes ad Apollinis petram venerunt ibique Cereris voluntate, quod Proserpinae auxilium non tulerant, volaticae sunt factae. his responsum erat tamdiu eas victuras, quamdiu cantantes eos audiens nemo esset praetervectus. quibus fatalis fuit Ulysses: astutia enim sua cum praeternavigasset scopulos, in quibus morabantur, praecipitarunt se in mare. a quibus locus Sirenides cognominatur, qui est inter Siciliam et Italiam.

---

*Ἄρεος| de Venere et Marte Dosith. p. 66 1 catenas Ovid. Met. IV 176 2 disposuit Ovid. AA II 578 ‖ astucia F corr Comm 4 *nunciasset* Comm 5 |*ut*| Bursian ‖ 'convocat ille deos' Ovid. AA II 581 (nudus 580) ‖ *ut viderent. Ex eo Martem id ne* Bursian *dii riserunt* Barthius memor fortasse Ovidii Met. IV 188 'superi risere' *ii riserunt* Scheffer *qui ut viderunt riserunt* [*ex eo*] Bunte 6 ni F Comm *ne* Iuda Bonutius cf. CLXIIII ‖ . *riserunt mares, feminas id ne facerent* et q. s. Σ coll. Hom. Od. 324 ϑηλύτεραι δὲ ϑεαὶ μένον εἶχοι *αἰδοῖ* ἑκάστη 7 arm onia F corr Mu ‖ |cum Cadmo Agenoris filio nuberet| supplementum est Langii p. 9 rec. Bursian verbis 'Agenoris filio' omissis 9 ad progeniem] *irata progenici* ci Bursian

|CXLI Sirenes| add Micyllus 12 propter raptum Proserpinae lamentantes Dositheus p. 72 ed. Boecking *raptum plorantes* Bursian *raptu ab|iectae| errantes* coni Σ ‖ terram F corr Dositheus 16 *Circes enim beneficio* CLange p. 25 ‖ praenavigasset F corr Mic² 17 h. e. Σειρηνίδες Scymn. Chii v. 225 Tzetz. Chiliad. I 341 ‖ Dosithei l. c. haec sunt codicis mendis abstersis:

Περὶ Ὀδυσσέως πῶς ἐδυνήϑη Σειρῆνας παρελϑεῖν. Σειρῆνες Ἀχελώου καὶ Μελπομένης Μούσης ϑυγατέρες διὰ τὴν ἁρπαγὴν Περσεφόνης ϑρηνοῦσαι κατέφυγον πρὸς πέτραν Ἀπόλλωνος, κἀκεῖϑεν

De Ulixe quemadmodum potuit Sirenas transire. Sirenes Acheloi et Melpomenae Musae filii propter raptum Proserpinae lamentantes confugerunt ad petram Apollinis et inde consilio deorum

|CXLII Pandora|

Prometheus Iapeti filius primus homines ex luto finxit. postea Vulcanus Iovis iussu ex luto mulieris effigiem fecit, cui Minerva animam dedit c|a|eteriquc dii alius aliud donum dederunt ob idque Pandoram nominarunt. ea data in coniugium Epimetheo* fratri, inde nata est Pyrrha, quae mortalis dicitur prima esse creata.

|CXLIIII Prometheus|

Homines antea ab immortalibus ignem petebant neque in perpetuum servare sciebant. quod postea Prometheus in ferula detulit in terras hominibusque monstravit, quomodo cinere obrutum servarent. ob hanc rem Mercurius Iovis iussu deligavit eum in monte Caucaso ad saxum clavis ferreis et aquilam apposuit, quae cor eius exesset. |quae| quantum die ederat tantum nocte crescebat. hanc aquilam post triginta annos Hercules interfecit eumque liberavit.

|CXLIII Phoroneus|

Inachus Oceani filius ex Argia sorore sua procreavit Phoroneum qui primus mortalium dicitur regnasse. Homines ante s|a|ecula multa sine oppidis legibusque vitam exegerunt una lingua loquentes 'sub Iovis imperio': sed postquam Mercurius sermones hominum interpretatus est (unde ἑρμηνευτὴς dicitur esse interpres; Mer-

---

συμβουλίᾳ θεῶν μετεμορφώθησαν εἰς ὄρνεα κεφαλὰς μόνον ἔχουσαι* κἀκεῖ ᾄδουσαι κατεῖχον τοὺς πλέοντας. ** καταλειφθεῖσαι ὑπὸ Ὀδυσσέως ἔρριψαν ἑαυτὰς εἰς θάλασσαν καὶ ἀπώλοντο.

demutatae sunt in aves capita solum habentes* et ibi cantantes detinebant navigantes. ** Relictae ergo ab Ulixe proiecerunt se in mare et perierunt.

|CXLII Pandora| Micyllus ex indice. περὶ ἀνθρωποπλασίας. de hominum factura Dositheus p. 66 1 *hominem* Sch 3 id F *idque* Comm 4 |*Promethei*| Bursianus.

|CXLIIII prometheus| Micyllus περὶ Προμηθέως de Prometheo Dositheus p. 70 7 *quem postea* temere Bursian cf. CXLVI 20 11 |*quae*| add Bursian ‖ *recrescebat* Sch 12 'alligatum ad triginta milia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor dixit' Hygin. II 15 et myth. Vat. II 64 p. 97, 4 ‖ |*Prometh*|*eumque* frustra Bursian

|CXLIII Phoroneus| add Mic Inachus . . . fecit . Homines . . . liberavit F trai Σ 13 archia sorere F archia sorore F p. 7 Mic^2 corr Bunte 14 *mortalibus* myth. Vat. II p. 77, 4 15 *exegerant* coni Bursian 17 hermeneutes F ‖ esse F *graece* Bursian

curius enim graece Ἑρμῆς vocatur) id est nationes distribuit, tum discordia inter mortales esse coepit, quod Iovi placitum non est. itaque exordium regnandi tradidit Phoroneo. ob id beneficium |quod| Iunoni sacra primus fecit.

|CXLV Niobe sive Io|

Ex Phoroneo et †Cinna nati Apis et Nioba. hanc Iupiter mortalem primam compressit: ex ea natus est Argus qui suo nomine Argos oppidum cognominavit. Ex Argo et Euadne Criasus Piranthus Ecbasus nati; ex Pirantho |et| Callirhoe Argus Arestorides Triopas, hic** ex hoc |et| †Eurisabe Anthus Pelasgus Agenor; ex |Triope et| Arestoride Xanthus et Inachus; ex Pelasgo Larisa, ex Inacho et Argia Io. Hanc Iupiter dilectam compressit et in vaccae figuram convertit, ne Iuno eam cognosceret. id Iuno cum rescivit Argum, cui undique oculi refulgebant, custodem ei misit: hunc Mercurius Iovis iussu interfecit; at Iuno formidinem ei |im|misit, cuius timore exagitatam coegit eam ut se in mare praecipitaret, quod mare Ionium est appellatum; inde in Scythiam transnavit, unde †Bosphorum fines sunt dictae; inde in Aegyptum, ubi parit Epaphum. Iovis cum sciret suapte |propter| opera tot eam aerumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit, deamque Aegyptiorum esse fecit, quae Isis nuncupatur.

---

1 Hermes F ‖ idem F *id est* Bursian praeterea |*in*| *nationes distribuit* (sc. sermones) malit Σ 3 |quod| secl Σ 4 iunonis F corr Sch, cf. CCXLIV

|CXLV Niobe siue Io| add Mic περὶ ἄργου. de argo Dositheus p. 67. 5 thronio F corr Mic. i. m ‖ et cinna] *Ina* |*chi filio*| coni Bu ‖ cf. myth. Vat. II 8 p. 77, 5 6 |*ex*| *suo* Σ 7 crinus F corr Sch 8 et basus F *Ecbasus* vel *Iasus* Mu ‖ |*et*| Scaliger ad Num. Euseb. CCCLXVII ‖ argus, aristorides F corr Mu 9 |*et*| Sch 10 triope F *triopa* Mu 'triope et' secl Σ interpretamentum esse arbitrans ad 'ex hoc et' l. 9 ‖ Oreaside F corr Σ ‖ laris F corr Conr Schwenck in mus. rhen. n. s. XIII p. 153 11 Argialo F corr F p. 7 14 |*im*|*missit* Bursian coll. Serv. Ge. III 152 'cui Iuno immisit oestrum' 15 exagitata F '*exagitavit et*' Lange p. 31 corr Barth Mu ‖ precipitaret F corr Mic² 17 bosphorus Mic² βοσπόρου στενὰ *sunt dicta* coni Bursian 18 |*tum*| *Iovis* coni Σ ‖ |*propter*| secl Bursian 19 *propria m*|*anu*| ci Σ coll Mosch. II 50 ἐν δ' ἦν Ζεὺς Κρονίδης ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ πόρτιος Ἰναχίης 20 Sequuntur hic in F fab. CXLVI. CXLVII [CXLVIII] quibus post CXL a me traiectis Epaphi res protinus subsequuntur Ius fata

|CXLVIIII Epaphus|

Iupiter Epaphum, quem ex Io procreaverat, Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. Is oppidum primum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopia uxore procreavit filiam Libyen **, a qua terra est appellata.

|CL Titanomachia|

Postquam Iuno vidit Epapho ex pellice nato tantam regni potestatem esse, curat, in venatu ut Epaphus necetur, Titanosque hortatur, Iovem ut regno pellant Saturnoque restituant. hi cum conarentur in coelum ascendere, eos Iovis cum Minerva et Apolline et Diana in tartarum deiecit, Atlanti autem, qui dux eorum fuit, coeli fornicem super humeros imposuit. qui adhuc dicitur coelum sustinere.

|CLI ex Typhone et Echidna nati|

[Ex Typhone gigante et Echidna Gorgon; canis Cerberus triceps; draco qui mala Hesperidum trans oceanum servabat; hydra quam ad fontem Lernaeum Hercules interfecit; draco qui pellem arietis Colchis servabat; Scylla quae superiorem partem mulieris inferiorem canis et canes sex ex se natos habebat; Sphinx quae in Boeotia fuit; Chimaera in Lycia quae priorem partem leonis figuram posteriorem draconis habebat ‚media ipsa Chimaera'. —

|CXLIX Epaphus| add Micyllus 1 quem . . . Aegypto] qui hoc petiverat in Aegyptum schol Stat. IIII 737 p. 156 2 *is* om schol ‖ *primum* om schol ‖ memphim F et CCLXXV Neue Formenl. I p. 210 *Memphin* schol 3 Cassiopeia Mic² *cassiopa* schol ‖ *suscepit* schol 4 a qua et q. s.] quae postea in Africa regnum possedit: cuius nomine terra Libyes est appellata schol. cf. mythogr. Vat. II 75

|CL titanomachia| add Micyllus 6 titanosque] cf. CLXVII Neue Formenl. p. 331 vol. I 7 *Saturnumque* coni Bursian *Saturnoque re|gnum re|stituant* malit alius coll. CLXXV 8 coelum — coeli — coelum F caelum — caeli — caelum Bursian 10 'caeli ingentes fornices' Ennius ap. Cic. d. orat. III 40, 162 unde et hic *fornices* malit Σ ‖ hoc caput proxime sequi debere CLII[b] apparet ex Ovid. Met. I 755. 756

|CLI ex typhone et echidna nati| add Micyllus ‖ *geniti* index 14 lerneum F corr Comm 15 colchos F *colchis* Mu possis *|apud| Colchos* ‖ corporis |partem| muliebrem inferiorem ab inguine piscis fab. CXXV 17 chimera F corr Mic² ‖ *figuram* secl. Bursian 18 chimera F corr Mic² verba sunt Lucretii V 905

Ex Medusa Gorgonis filia et Neptuno nati sunt Chrysaor et equus Pegasus, ex Chrysaore et Calli|r|rhoe Geryon trimembris.]

|CLII Typhon|

[Tartarus ex Terra procreavit Typhonem immani magnitudine specieque portentosa cui centum capita draconum ex humeris enata erant. hic Iovem provocavit si vellet secum de regno certare|t|. Iovis fulmine ardenti pectus eius percussit; qui cum flagraret montem Aetnam qui est in Sicilia super eum imposuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur.]

Phaethon Solis et Clymenes filius cum clam patris currum conscendisset et altius a terra esset elatus, prae timore decidit in flumen Eridanum. hunc Iuppiter cum fulmine percussisset, omnia** ardere coeperunt. Iovis ut omne genus mortalium cum causa interficeret, simulavit se id velle extinguere: *amnes undique irrigavit, omneque genus mortalium interiit praeter Pyrrham et Deucalionem. at sorores Phaethontis quod equos iniussu patris iunxerant in arbores populos commutatae sunt.

|CLIII Deucalion et Pyrrha|

Cataclysmus quod nos diluvium vel irrigationem dicimus cum factum est, omne genus humanum interiit praeter Deucalionem et Pyrrham, qui in montem Aetnam, qui altissimus in Sicilia esse

---

1 crysaor F corr Mic^3 ‖ crysaore F corr Mic^2 2 gerion F corr Mic^3 ‖ ceterum totum caput huc illatum esse perspexit Bursian IIB XCIII p. 774

|CLII Typhon| add Micyllus 3 tartara F al. terra Mic. i. m., *ac Terra* (om. Tartarus ex) schol Stat. Theb. II 595 p. 74 ‖ *thyphonem mirae magnitudinis* schol (immanem magnitudine cod. Monac. 6396) 4 spetiaeque F corr Comm specieque portentosa om schol ‖ nata schol 5 |*ut*| si schol ‖ certare F *certaret* schol 6 Quare Iuppiter p. e. f. percussit schol ‖ eius F *ei* schol ‖ cui F *qui* schol ‖ flagraret F corr Comm schol 7 etnã F corr Comm; flagraret AEthnam ei super-inposuit et ex eo dicitur ardere adhuc schol

'hoc caput in indice non numeratur' Mic. i. m ‖ cum sequente capite in unum coniungi iubet Bursian IIB XCIII p. 774 9 Phaeton F corr Mic^2 12 |*incendio*| *ardere* coni Σ 13 *simulans se incendium* (vel 'ignem') *velle* coni Bursian ‖ *extinguere.* |*quare*| Σ 15 phaetontis F corr Mĩc^3

|CLIII deucalion et pyrrha| add Micyllus ex indice περὶ κατακλυσμοῦ III de cataclysmo III Dositheus p. 66 *Cataclysmus. Quod* coni Bunte 18 humanum F 19 alissimus F corr F p. 7 ‖ verba 'qui in ... fugerunt' olim hinc illata legebantur in

dicitur, fugerunt. hi propter solitudinem cum vivere non possent, petierunt ab Iove ut aut homines daret, aut eos pari calamitate afficeret. tum Iovis iussit eos lapides post se iactare. quos Deucalion iactavit viros esse iussit, quos Pyrrha mulieres. ob eam rem λαός* dictus, λᾶας enim graece lapis dicitur.

|CLIIII Phaethon. Heliades|

Phaethon Clymeni Solis filii et Meropes nymphae filius, quam Oceanitidem accepimus, cum indicio patris avum Solem cognovisset, impetratis curribus male usus est. nam cum esset propius terram vectus vicino igni omnia conflagrarunt et fulmine ictus in flumen Padum cecidit. [hic amnis a Graecis Eridanus dicitur, quem Pherecydes primus vocavit.] Indi autem, quod calore vicini ignis sanguis in atrum colorem versus est, nigri sunt facti: sorores autem Phaethontis dum interitum deflent fratris in arbores sunt populos versae. [harum lacrimae, ut Hesiodus indicat, in electrum sunt duratae.] [Heliades tamen nominantur; sunt autem Merope Helie Aegle Lampetie Phoebe Aetherie Dioxippe.] Cygnus autem rex Liguriae, qui fuit Phaethonti propinquus, dum deflet propinquum, in cygnum conversus est. is quoque moriens flebile canit.

✓ CLXXI Althaea

Cum Althaea Thestii filia una nocte concubuerunt Oeneus et Mars; ex quibus cum esset natus Meleager subito in regia apparuerunt Parcae [Clotho Lachesis Atropos.] Cui fata ita cecinerunt: Clotho dixit eum generosum futurum, Lachesis fortem, Atropos

---

Nigidio ap. schol in Germanici Arat. p. 406 Eyssenh 5 Laos dictus, Laos F corr Bu 'ex quo graece laoe homines vocarentur' Nigidius l. c. ‖ |*graece populus est*| *dictus* ci Σ

|CLIIII phaëton Hesiodi| add Micyllus *hesiod.* index *Phaethon Heliades* corr Σ Totum caput seclusit Bursian IIB XCIII p. 774 6 phaëton F ‖ filius et F corr Comm 7 iudicio F corr Comm ‖ Ovid. met. I 146 10 erydamus F corr Comm 11 *primus* |*Padum*| coni Mu alius malit |*alio nomine*| *vocavit* = μετωνόμασε, nisi corrigendum sit '*locavit*' 12 phaëtontis F populeas Lactant. Ovid. met. II 2 14 horum lachrymae G *harum lachrymae* Comm 15 'tamen' suspectum nisi scribendum |*Vulgo Phaethontides sunt dictae*| *Heliades tamen* et q. s. 16 aeglae F corr Comm ‖ lampidie F corr Comm ‖ phoebea etherie F corr Mu ‖ cygnus — cygnum F cycnus — cycnum Bu 18 versum redolent 'moriens quoque flebile cantat'

titionem ardentem aspexit in foco et ait: 'tamdiu hic vivet, quamdiu hic titio consumptus non fuerit'. hoc Althaea mater cum audisset exiluit de lecto atque titionem extinxit et eum in media regia obruit fatalem, ne ab igni obrueretur.

CLXXII Oeneus

Oeneus Parthaonis filius Aetoliae rex cum omnibus diis annua sacra fecisset et Dianam praeteriisset, ea irata aprum immani magnitudine, qui agrum Calydonium vastaret, misit. tunc Meleager Oenei filius se pollicetur cum delectis Graeciae ducibus ad eum expugnandum iturum.

/ CLXXIII Qui ad aprum Calydonium ierunt.

CASTOR et POLLUX — EURYTUS Mercurii — . . . PARTH . . .

Iovis filii — Thebis ECHION Mercurii — AESCULAPIUS Apollinis

Thracia
IASON Aesonis [Thebis] — ALCON Martis — EUPHEMUS Neptuni
* — IOLAUS Iphicli — *

LYNCEUS et IDAS — PELEUS Aeaci — TELAMON Aeaci
Apharei — ADMETUS Pheretis — LAERTA Arcesii DEUCALION Minois
THESEUS Aegei

PLEXIPPUS [Ideus Lynceus] Thestii filii fratres Althaeae
HIPPOTHOUS Cercyonis — CAENEUS Elati — MOPSUS Ampyci — MELEAGER Oenei
* — * — HIPPASUS Euryti — ANCAEUS Lycurgi

---

1 vivit F corr Sch 2 ticio F 3 ticionem F 4 *oburcretur* Heinsius, *comburcretur?*

5 porthaonis F *parthaonis* Mu 6 praeteritae . . Latoidos Ovid. met. VIII 278 misit aprum ib. 282

10 Verusius F corr Mu ‖ parthecion F *Echion* Mu |*Agrius*| *Parth*|*aonis*| Σ 11 Amphiaraus coni Mic. i. m. 16 Laerta] Neue Formenl. I p. 38 ‖ Arcippa F corr Mic., error fluxit ex l. 21 ‖ 'Deucalion Minois' retraxerim post 'Iphicli' 18 imo *Plexippus et Agenor Thestii filii* 19 hippotas gerionis F corr Sch ‖ Amyci F corr Sch 21 hyppassus F corr Sch

PHOENIX Amyntoris DRYAS Iapeti ENAESIMUS |et| ALCON
LEUCIPPUS Hippocoontis [Amyclis]
ATALANTE Schoenei.

|CLXXIII[b]| Quae civitates auxilium miserunt Oeneo

Taenaros Iolcos Sparta Pleuron Messene Perrhaebia Phthia Magnesia Salamin Calydon Thessalia Oechalia Ithaca Tegea Creta Alope Athenae [Magnesia] et Arcadia.

/ CLXXIIII Meleager

Althaea Thestii filia ex Oeneo peperit Meleagrum. ibi in regia dicitur titio ardens apparuisse. huc Parcae venerunt et Meleagro fata cecinerunt, eum tamdiu victurum quamdiu is titio esset incolumis. Hunc Althaea in arca clausum diligenter servavit. Interim ira Dianae, quia Oeneus sacra annua ei non fecerat, aprum mira magnitudine qui agrum Calydonium vastaret misit: quem Meleager cum delectis iuvenibus Graeciae interfecit pellemque eius ob virtutem Atalant|a|e virgini donavit, quam † Ideus Plexippus † Lynceus Althaeae fratres eripere voluerunt. Illa cum Meleagri fidem implorasset, ille intervenit et amorem cognationi anteposuit, avunculosque suos occidit. id Althaea mater |ut| audivit, filium suum tantum facinus esse ausum, memor parcarum praecepti titionem ex arca prolatum in ignem coniecit. ita dum fratrum poenas vult exequi filium interfecit: at sorores eius praeter Gorgen et Deianiram flendo deorum voluntate in aves sunt transfiguratae quae meleagrides vocantur: at coniunx eius Alcyone moerens in luctu decessit.

---

1 euatimus F corr Mic ‖ *et* add Σ 2 denuxippus F corr Mic ‖ hyppocoon F corr Mic ‖ amyci F amyclae Mic. i. m corr Bu 3 athlante spondaei F corr Mic ‖ cf. Philol. XXV p. 423—27

4 tenerdos F corr Σ ‖ Teurone F corr Mic ‖ Messe F corr Sch 5 Magnesta F ‖ Salamin] Priscian. VI 5, 28 p. 689 Neue Formenl. I p. 154. 155 ‖ tegaea F corr Mu 6 dolopea F corr Σ

8 ticio F 9 tandiu F 11 *ira Diana* Sch *irata Diana* Mu 14 atalante F ‖ error natus e fab. CLXXIII 15 altheae F 17 |*ut*| Sch ‖ id] *at* malit Bu 18 ticionem F 19 protulit Ovid. VIII 460 20. 21 praeter Gorgenque nurumque nobilis Alcmenae Ovid. met. VIII 542

CLXXV Agrius

Agrius Parthaonis filius ut vidit Oeneum fratrem orbum liberis factum egentem regno expulit atque ipse regnum possedit. interim Diomedes Tydei filius et Deipyles Ilio devicto, ut audivit avum suum regno pulsum, pervenit in Aetoliam cum Sthenelo Capanei filio et armis contendit cum Lycopeo Agrii filio. quo interfecto Agrium egentem e regno expulit atque Oeneo avo suo regnum restituit. postque Agrius regno expulsus ipse se interfecit.

CLXXVI Lycaon

Ad Lycaonem Pelasgi filium Iovis in hospitium venisse dicitur et filiam eius Callisto compressisse; ex quo natus est Arcas, qui ex suo nomine terrae nomen indidit. sed Lycaonis filii Iovem tentare voluerunt, deusne esset, |et| carnem humanam cum c[a]etera carne commiscuerunt idque in epulo ei apposuerunt. qui postquam sensit iratus mensam evertit, Lycaonis filios fulmine necavit. eo loco postea Arcas oppidum communivit quod *Τραπεζοῦς* nominatur. patrem Iuppiter in lyci figuram mutavit.

CLXXVII Callisto

Callisto Lycaonis filia ursa dicitur facta esse ob iram Iunonis quod cum Iove concubuit. Postea Iovis in stellarum numerum retulit, quae septentrio appellatur, quod signum loco non movetur neque occidit. Tethys enim Oceani uxor nutrix Iunonis prohibet eam in Oceanum occidere. [hic ergo septentrio maior.] [de qua in † creticis versibus:

---

3 deiphyles F corr Mu 5 opopa F *Lycopeo* Sch

9 calysto F corr Mu 11 |*et*| Sch 14 trapezos F *Trapezus* Sch Apollod. III 8, 1 quo auctore ut simul verba 'Lycaonis filios fulmine necavit' post 'mutavit' traiciamus non opus videtur. sed inter hanc et seq. fabulam periise voculam 'at' perquam verisimile est

CLXXVII calysto F 16 calysto F corr Mu 16—17 'Callisto . . . concubuit' videntur fabulae proxime antecedentis exitum constituisse, reliqua 'postea . . . viginti' eidem deberi suspicor, qui capiti XIV adlevit verba novissima 'haec est . . . tredecim'. 19 thetis F corr Mu 20 hic F *haec* coni Mu, recepit Bu ‖ [hic . . . maior] secl Σ 21 creticis F *arataeis* (imo Arateis) Barth probante Buntio *eratosthenicis* Bernhardy Eratosth. p. 149 *eroticis?*

tuque Lycaoniae mutatae semine nymphae
quam gelido raptam de vertice Nonacrinae
oceano prohibet semper se tingere Tethys
ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.

haec igitur ursa a Graecis ἑλίκη appellatur: haec habet stellas in capite septem non claras, in utraque aure duas in armo unam in pectore claram unam in extrema coxa claram unam in femine posteriori duas in pede extremo duas in cauda tres, omnes numero viginti.]

CLXVIII Danaus

Danaus Beli filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque filios frater Aegyptus, qui Danaum fratrem interficere voluit ut regnum paternum solus obtineret |et filias eius| filiis uxores a fratre poposcit. Danaus re cognita Minerva adiutrice ex Africa Argos profugit: tunc primum dicitur Minerva navem fecisse biproram in qua Danaus profugeret. At Aegyptus ut resciit Danaum profugisse mittit filios ad persequendum fratrem et eis praecepit, ut aut Danaum interficerent aut ad se non reverterentur. qui postquam Argos venerunt, oppugnare patruum coeperunt. Danaus ut vidit se iis obsistere non posse, pollicetur eis filias suas uxores ut pugna absisterent. impetratas sorores patrueles acceperunt uxores, quae patris iussu viros suos interfecerunt. Sola Hypermestra Lynceum servavit. ob id c[a]eterae dicuntur apud inferos in dolium pertusum aquam ingerere. Hypermestrae et Lynceo fanum factum est.

CLXVIIII Amymone

Amymone Danai filia dum studiose in silva venatur Satyrum

---

1 *mutatae e* coni Mu, *mutate e* Heinsius *Lycaonio mutata e semine nympha* Sch 2 nonacrino Mu 3 thetis F corr Mu 5 helice F 7 foemine F

12 'et filias eius' post fratrem l. 11 habet F trai Σ cf. myth. Vat. I 134 p. 43, 11 II 103 p. 109, 42 21 *Hypermnestra* Bu 23 *Hypermnestrae* Bu Fabulae CLXVIII. CLXVIIII. CLXX, si quid video, post CLXXVII sunt traiciendae. nam Danaus Beli filius et Cadmus Agenoris filius, Europae frater, fratres sunt patrueles, iidemque Libyes a Neptuno compressae, cuius f. CXLVIIII mentio facta est, nepotes, Ius pronepotes

CLXVIIII amimone F corr Comm 24 amimone F corr Comm ‖ *in insula* male myth. Vat. II p. 140, 40 ‖ venatur] inculo exerceretur, imprudens myth. Vat. I 45

iaculo percussit: eam Satyrus voluit violare: illa Neptuni fidem imploravit. quo Neptunus cum venisset, Satyrum abegit et ipse cum ea concubuit; ex quo conceptu nascitur Nauplius. id in quo loco factum est Neptunus dicitur fuscina percussisse terram et inde aquam profluxisse, qui Lernaeus fons dictus est et Amymonium flumen.

Amymone Danai filia missa est a patre aquam petitum ad sacrum faciendum. quae dum quaerit lassitudine obdormiit. quam Satyrus violare voluit; illa Neptuni fidem imploravit. quod cum Neptunus fuscinam in Satyrum misisset, illa se in petram fixit; Satyrum Neptunus fugavit. qui cum* quaereret in solitudine a puella, illa se aquatum missam esse dixit a patre. quam Neptunus compressit; |ex qua compressione natus est Nauplius.| pro quo beneficium ei tribuit iussitque eius fuscinam de petra educere. quae cum eduxisset [et] tres silani sunt secuti. qui ex Amymones nomine Amymonius fons appellatus est. hic autem fons Lernaeus est postea appellatus.

CLXX Filiae Danai quae quos occiderunt

† Idea Antimachum — Philomela Panthium
Scylla Proteum — † Phicomone Plexippum

---

p. 17, 12 schol. Stat. Theb. II 433 p. 66 1 *iaculo* om schol ‖ *imploravit auxilium* schol. myth. 2 quod N. e. vidisset myth. Vat. ‖ venisset fugato Satyro ipse eam compressit schol 3 coitu natus est schol 4. 5 Neptunus vero cuspide dicitur in quo loco Amymonem compresserat terram percussisse, unde cum aqua flueret, Lernaeus fons dictus est et fluvius Amymonius (nes myth) schol ‖ *aqua?* ‖ lerneus F corr Comm ‖ amimonium F corr Comm

7 'repetita est haec fabula, nam in indice semel tantum ponitur' Micyllus in margine. seclusit Bursian IIB XCIII p. 776 ‖ amimone F corr Comm 8 *quam dum* frustra Mu ‖ lassitudine obdormiit] apud Apollod. II 1, 4 κοιμωμένου Σατύρου τυγχάνει, unde hic excidisse nonnulla suspiceris post id quod est 'quaerit' e. c: *|et cervum venatur imprudens iaculo Satyrum ferit, qui ibi|*. cf. Lange p. 35 11 'abest aliquid' Sch *qui cum |rogaret, quid| quaereret in solitudine [a] puella, illa se* coni. Σ 14 *quam cum* frustra Mu 15 [*et*] secl Sch Heinsius ‖ silani] 'silanus χρήνη' glossae ‖ amimonis F *Amymonis* Comm corr Stav 16 est. ex qua compressione natus est Nauplius. hic F trai. Σ post 'compressit' l. 13 ‖ lerneus F corr Comm

18 Idaea? Midea? *Pandionem* Bu coll. Apollod. II 1, 5 *Panthoum?* 19 Proteam F corr Comm ‖ fratres et sorores patrueles ab Apollodoro commemoratos

Euippe * * *
* * * Agenorem
* * * Chrysippum
Trite Enceladum
Hippothoe Obrimum
Eurydice Canthum
† Arcania Xanthum
† Philea . Philinam
Chrysothemis † Asteriden
† Armo asbus
Demophile Pamphilum
Polyxena Aegyptum
† Achamantis † Echominum
† Monuste Eurysthenem
Helice † Euideam
Polybe † Iltonomum
Electra † Hyperantum
† Daplidice † Pugnonem
† Europome † Atlitem
Critomedia Antipaphum
† Eupheno Hyperbium

* * * * * *
Demoditas * * *
† Hyale Perium
† Damone Amyntorem
Myrmidone † Mineum
Cleo Asterium
Cleopatra Metalcem
† Hyparete Protheonem
Pyrante Athamantem
Glaucippe † Niavium
Autodice Clytum
Hecabe Dryantem
† Arsalte Ephialtem
Amymone † Midamum
[Am] Oeme Poly[de]ctorem
† Helicta Cassum
Eubule Demarchum
Hero Andromachum
† Pyrantis Plexippum
Pirene Dolichum
Themistagora † Podasimum

---

diductis literis exarandos curavi ‖ Iphigomone? longius distant Iphinoe et Thionoe 1 lacunam indicavit Σ, videtur enim librarii oculus ab Euchenore ad Agenorem aberrasse 2 *Demodi|ce|?* 3 *|Chrysippe| Chrysippum* coni. Σ coll. Apollod. II 1, 5 p. 85 Heyne ‖ *Pierum* Bu 4 *Trete* Unger parad. Theb. p. 195 ‖ *Damno* Bu ‖ amintorem F corr Comm 5 hypothoe F corr Comm Ἱππόθοος Apollod. l. c. p. 84 ‖ Ἴμβρος, Βρόμιος Apollod. l. c. p. 85 ‖ myrmydone F *myrmidone* Comm *Myrmidonem . . . Oeneum* Bu vix recte 6 *Cleo|dora|?* ‖ Asteriam inter virgines recenset Apollodorus 8 *Philinna Phileam?* ‖ *Hipparete Prothoonem* coni. Bu Ὑπερίππην Apollod. p. 86 contulit Heyne 9 *Pylarge?* ‖ *Acamantem* Bu 11 antodice F ‖ *Clitum* Σ (Bu) 13 Αὐτομάτη et Ἀδιάντη Apollodori longius distant ‖ *Chthonium* coni Bu ‖ ephialtem F *Ephialten* Bu 14 *Mnestra* Bu ex Apollodoro ‖ Περισθένης Apollod. p. 85 ‖ amimone F corr Comm ‖ *Idam?* 15 amoëme F corr Σ ‖ polydectorem F corr Bu 16 *Polyboea?* ‖ *Idmonem?* ‖ *Cisseum* coni Bu ex Apollodoro 17 *Hyperanthem* Bu 18 *Callidice* Bu ex Apollodoro ‖ Νηλώ Apollodorus 19 Εὐρωτώ Apollod. p. 86 ‖ *Alcidem* Bu ex Apollodoro 20 Pyrene F *Pirene* Bu ‖ dolychum F *Dolichum* Comm

Celaeno †Aristonon †Itea Antiochum
†Erate Eudemonem. Hypermestra Lynceum servavit;

qui cum Danaus perisset primusque Abas ei nuntiasset Lynceus, circumspiciens in templo quid ei muneri daret, casu conspexit clipeum, quem Danaus consecraverat Iunoni, quem in iuventa gesserat: refixit et donavit Abanti ludosque consecravit qui quinto quoque anno aguntur, qui appellantur ἀσπὶς ἐν Ἄργει. [e] quibus ludis cursoribus corona non datur sed clipeus. At Danaides post patris interitum viros duxerunt Argivos, e quibus qui nati* sunt appellati.

CLXXVIII Europa

Europa Argiopes et Agenoris filia Sidonia: hanc Iupiter in taurum conversus a Sidone Cretam transportavit et ex ea procreavit Mino[n]em Sarpedonem Rhadamanthum. huius pater Agenor suos filios misit, ut sororem reducerent aut ipsi in suum conspectum non redirent. Phoenix in Africam est profectus ibique remansit; inde Afri Poeni sunt appellati. Cilix suo nomine Ciliciae nomen indidit. Cadmus cum erraret, Delphos devenit: ibi responsum accepit, ut a pastoribus bovem emeret, qui Lunae signum in latere haberet, eumque ante se ageret; ubi decubuisset, ibi fatum esse eum oppidum condere et ibi regnare. Cadmus sorte audita cum imperata perfecisset et aquam quaereret, ad fontem Castalium venit, quem draco Martis filius custodiebat. qui cum socios Cadmi interfecisset a Cadmo lapide est interfectus; dentesque eius Minerva monstrante sparsit et aravit, unde Spartoe sunt enati. qui inter

---

1 palaeno F *Celaeno* Σ (Bu) ‖ *Aristono|o|n?* Σ ‖ *Actaea* Bu ex Apollodoro 2 *Eudaemonem* Bu ‖ *hypermnestra* Bu 4 *quod cum* Mu Bu improbante Wopkens 5 circunspiciens F corr Comm 6 clypeum F ‖ *in iuventa gesserat |et| consecraverat Iunoni. quem refixit* Mu 8 aspis en argo F corr Salmasius ‖ [e] secl. Mu 9 clypeus F 10 *|Danai| sunt* Sch, *|sunt, Danai| sunt* malit Σ

CLXXVII *europe* index 12 argiopes F (argyropes Mic. i. m) corr Sch 14 minonem F corr Comm ‖ rhadamantem F corr Comm 17 *|ex| suo* coni Arntzen ad Victor. vir. ill. II 11 cf. CLXXVI. CLXIIII 20 *ageret |et|* male coni Bu 24 *dentes qui eius* Sch, *qui dentes eius* Bu *et dentes eius* myth. Vat. I 149 25 spartae F *sparti* Mu corr Σ coll. Censorin. IV 12 p. 12, 14 et Fr. Neue Formenl. I p. 132

se pugnarunt, ex quibus quinque superfuerunt, id est Chthonius Udaeus Hyperenor Pelorus et Echion. ex bove autem, quem secutus fuerat, Boeotia est appellata.

CLXXVIIII Semele

Cadmus Agenoris et Argiopes filius ex Harmonia Martis et Veneris filia procreavit filias quatuor Semelen Ino Agauen Autonoen et Polydorum filium. — Iovis cum Semele voluit concumbere. quod Iuno cum resciit, specie immutata in Beroen nutricem ad eam venit et persuasit, ut peteret ab Iove, ut eodem modo ad se quomodo ad Iunonem veniret, 'ut intelligas', inquit, 'quae sit voluptas cum deo concumbere'. itaque Semele petiit ab Iove, ut ita veniret ad se. qua re impetrata Iovis cum fulmine et tonitribus venit et Semele[m] conflagravit. ex utero eius Liber est natus (quem Mercurius ab igne ereptum Nyso dedit educandum) et graece Dionysus est appellatus.

CLXXXII [Oceani filiae

Oceani filiae Idothea A|ma|lthea Adrast|e|a (alii dicunt Meliss|e|i filias esse) Iovis nutrices]* quae nymphae Dodonides dicuntur (alii Naiades vocant) quarum nomina Cisseis Nysa Erato Eriphia Bromie Polyhymno. hae in monte Nysa munere alumni potitae sunt, qui Medeam rogaverat, et deposita senectute in iuvenes mutatae sunt, consecrataeque postea inter sidera Hyades appellantur. alii tradunt vocitatas Arsin|o|e Ambrosie Bromie Cisseis Coronis.

---

4 agriopes F corr Sch ‖ armonia F corr Comm 8 *et* |*ei*] vel *eique* Bu 12 semelem F *Semele* Mu 13 niso F corr Stav ‖ dionisus F corr Comm, ut est in fab. CLXVII 14 hic subsecutam esse fab. CLXXXII suspicati sunt Bursian alii. mihi verisimilius videtur fabularum ordinem hunc fuisse: CLXXVIII Cadmus . . . Polydorum filium CLXXX Actaeon Aristei . . . consumeretur CLXXXI quorum nomina, masculi Acamas . . . Chediaetros CLXXVIIII Iovis cum Semele . . . appellatus CLXXXII** quae nymphae . . . Coronis [CLXXXIII equorum . . . dysis] CLXXXIIII Pentheus . . . excepit** cf. Ovid. Metam. III 138. 253. 314. 513

15 *Ida* coni Mu ‖ althaea adrasta F corr Mu ‖ melissi F corr Mu 17 *Nyseides* coni Σ ‖ bromiae F corr Comm 18 *Polyxo* coni Mu 19 Medeam] error nostri et Lactantii VII 3 natus ex male intellectis Ovidii versibus Met. VII 294—96 20 sydera F 21 arsine F corr Grotius Arat. p. 5 ‖ *Cleis* Diodor. I p. 372 Wessel.

CLXXXIII Equorum Solis et Horarum nomina

Eous; per hunc coelum verti solet. Aethops quasi flammeus est, concoquit fruges. hi funales sunt mares, f[o]eminae iugariae: Bronte quae nos tonitrua appellamus, Sterope quae fulgitrua. huic rei auctor est Eumelus Corinthius. [Item quos Homerus tradit Abraxas Soter Bel Iao. item quos Ovidius Pyrois Eous Aethon et Phlegon.] Horarum vero nomina (hae sunt Iovis Saturni filii et Themidis filiae Titanidae)

Auxo	Eunomia	Pherusa
Carpo	Dice	Euporie
Thallo	Irene	Orthosie.

alii auctores tradunt decem his nominibus: Auge Anatole Musice Gymnastice Nymphes Mesembria Sponde †elete †Acteethecypris Dysis.

CLXXX Actaeon

Actaeon Aristaei et Autonoes filius pastor Dianam lavantem speculatus est et eam violare voluit. ob id Diana irata fecit ut ei cornua in capite nascerentur et a suis canibus consumeretur.

[CLXXXI Diana

Diana cum in valle opacissima cui nomen est Gargaphia aestivo

---

1 eos F corr Mic. i. m ‖ aethyops F *aethiops* Comm (Athen. XI 465 b) corr Σ 2 locariae F corr Salmasius ad Solinum 3 fulgitrua barbare pro fulgetra iudice Vossio de vit. serm. III 12 4 autor F ‖ *Item . . . Phlegon* secl. Σ monente Bursian IIB XCIII p. 775 ‖ abrax aslo therbeeo F corr Bursian 5 pyroeis Ovid. Met. II 153. 154 6 nomina haec F corr Σ 7 titanaide F corr Mu, nisi quod *Titanidae* (vel *Titanidis) filiae* scripsit; de genetivo cf. Neue Formenl. I p. 333 9 caria odice F *Carpo* Bursian *Dice* Mu 10 irene ortesie thallo F corr Bursian 11 autores F ‖ musia gimnasia F musia gymnasia Mic² corr Bursian 12 nimphes F νύμφης Bursian ‖ Telete ἀκμὴ τῆς Κύπριδος Bursianus qui in exc. ex Hygini geneal. Turic. 1868 p. 9 totum locum sic scriptum edidit:

Auge	Musice	Νύμφης
Anatole	Gymnastice	ἀκμὴ τῆς
Mesembria	Sponde	Κυπρίδος (imo Κύπριδος)
Dysis	Telete	

CLXXX περὶ ἀκτεωνος. de acteone Dositheus p 66 14 aristei F corr Mu ‖ *Dianam lavantem* Fulgent. III 3 p. 302

17 diana . . . 6 p. 37 canibus e Lactant. Ovid. Met. III 131 arg. 2: secl. Σ

tempore fatigata ex assidua venatione se ad fontem cui nomen est Parthenius perlueret, Actaeon Cadmi nepos, Aristaei et Autonoes filius, eundem locum petens ad refrigerandum se et canes, quos exercuerat feras persequens, in conspectum deae incidit: qui ne* loqui posset, in cervum ab ea est conversus. ita pro cervo laceratus est a suis canibus], quorum nomina, masculi: [Melampus Ichnobates |Echnobas| Pamphagos Dorceus Oribasus Nebrophonos L|a|elaps Theron Pterelas |Agre| Hylaeus Nape Ladon |Asbolus| Poemenis [Therodanapis Aura] Lacon Harpy|i|a Aello Dromas Thous Canac[h]e Cyprius Sticte Labros [Arcas] Argiodus Tigris Hylactor Alce Harpalus Lycisce Melaneus Lachne Leucon. item tres qui eum [Gnosius] consumpserunt [foeminae] Melanchaetes [Agre] Theridamas Oresitrophos. Item alii auctores tradunt haec nomina:] Acamas Syrus Aeon Stilbon Agrius Charops Aethon †Coran Boreas Draco Eudromus Dromius Zephyrus Lampus Haemon Cyllopodes Harpalycus Machimus Ichneus Melampus Ocydromus Borax Ocythous †Pachitus Obrimus, f[o]eminae: Argo Arethusa Urania Theriope Dinomache Dioxippe Echione Gorgo Cyllo Harpyia Lynceste Leaene Lac|a|ena Ocypete Ocydrome Oxyroe Orias †Sagnos Theriphone Volatos Chediaetros.

CLXXXIIII Pentheus et Agaue

Pentheus Echionis et Agaues filius Liberum negavit deum esse nec mysteria eius accipere voluit. ob hoc eum Agaue mater cum sororibus Ino et Autonoë per insaniam a Libero obiectam membratim

---

2 aristei F corr Mu 4 *ne |eam rem e|loqui* Lactant. l. c. *ne eloqui* myth. Vat. II 81 p. 103, 15 5 cervam F corr Mu [6 *Melampus* . . . 13 *nomina*] secl. Σ qui de catalogi Ovidiani forma Hyginiana pluribus egit in Philol. XXV 3 p. 417 7 [*cchnobas*] secl Sch ‖ lelaps F le,laps Comm 8 |*Agre*| e l. 12 huc retraxit Bu ‖ |*Asbolus*| add Σ 9 [*therodanapis*] secl Sch ‖ [*aura*] secl. Bu coll Ovid. Met. III 209 ‖ harpya F corr Mu ‖ elion F *Aello* Mic. i. m ‖ canache F corr Bu 10 [*arcas*] secl Σ coll. Ovid. Met. III 210 11 Lycisca F ‖ *Cretes qui cum morsibus consumpserunt* Rob. Unger parad. Theb. coroll. VIII p. 378 male ‖ [*gnosius*] secl Sch coll. Ovid. Met. III 208 Gnosius Ichnobates 12 [*foeminae*] secl Unger ‖ melanchoetes F corr Mu ‖ [*Agre*] secl Unger ‖ therodamas F *theridamas* Sch 13 autores F

CLXXXII περὶ Πενθέως. de Pentheo Dositheus p. 66 23 Ino] Neue Formenl. I p. 324 coll. Callisto CLV Celaeno CLVII Theano CLXXXVI Themisto l. CLVII Io CXLVIIII. CLV

laniavit. Agaue † ut suae mentis compos facta [est,] ut vidit se Liberi impulsu tantum scelus admisisse, profugit ab Thebis atque errabunda in Illyriae fines devenit ad Licotersen regem. quam Licoterses excepit . . . . .

Fabula prima
∫ Themisto

Athamas Aeoli filius habuit ex Nebula uxore filium Phrixum et filiam Hellen, et ex Themisto Hypsei filia filios duos Sphincium et Orchomenum, et ex Ino Cadmi filia filios duos Learchum et Melicerten. Themisto, quod se Ino coniugio privasset, filios eius interficere voluit. itaque in regia latuit clam et occasione nacta, cum putaret se inimicae natos interfecisse, suos imprudens occidit, a nutrice decepta, quod eis vestem perperam iniecerat. Themisto cognita re ipsa se interfecit.

∫ II Ino

Ino Cadmi et Harmoniae filia, cum Phrixum et Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis et coniuravit, ut fruges in sementem quas darent torrerent, ne nascerentur: ita ut, cum sterilitas et penuria frugum esset, civitas tota partim fame partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas satellitem. cui Ino praecepit, ut falsum responsum ita referret: si Phrixum immolasset Iovi, pestilentiae fore finem. Quod cum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem aerumna liberaturum. itaque cum ad aram cum infulis esset adductus et pater Iovem comprecari vellet, satelles misericordia adolescentis Inus Athamanti consilium patefecit. Rex facinore cognito uxorem suam Ino et filium eius Melicerten Phrixo dedit necandos. quos cum ad supplicium duceret Liber pater ei caliginem iniecit et Ino suam nutricem eripuit. [Atha-

---

1 ut suae F *autem sanae* Σ coll. Ovid. Met. VIII 35 ‖ est ut F *est et* Comm [*est*] *ut* Σ 3. 4 Infra CCXL lycorthersen CCLIIII lycothersen habet F (de acc. in — en Neue Formenl. I. p. 317—22), unde simul hic periisse nonnulla apparebit

6 h. e. Σφίγγιον sive Φίκιον, *Schoencum* Mu 7 melicerten F *melicertem* Comm 9 'occasionem' fortasse non opus cf. fab. VIII. CXX et CXIX 'occasione capta'

14 *totius regionis* Bu 26 *eis?*

mas postea ab Iunone insania obiecta Learchum filium interfecit. at Ino cum Melicerte filio suo in mare se praecipitavit. quam Liber Leucotheam voluit appellari, nos matrem Matutam dicimus, Melicerten autem deum Palaemonem quem nos Portunum dicimus. huic quinto quoque anno ludi gymnici fiunt, qui appellantur ἴσθμια.]

III Phrixus

Phrixus et Helle insania a Libero obiecta cum in silva errarent, Nebula mater eo|rum| dicitur venisse et arietem inauratum adduxisse, Neptuni et Theophanes filium. in quem natos suos ascendere iussit et Colchos ad regem Aeetam Solis filium transire ibique arietem Marti immolare. [Ita dicitur esse factum.] Qui cum ascendissent et aries eos in pelagus detulisset, Helle de ariete decidit, ex quo Hellespontum pelagus est appellatum; Phrixum autem Colchos detulit. Ibi matris praeceptis* arietem immolavit pellemque eius inauratam in templo Martis posuit. quam servante dracone Iason Aesonis et Alcimedes filius dicitur petisse. Phrixum autem Aeeta libens recepit filiamque Chalciopen dedit ei uxorem. quae postea liberos ex eo procreavit. Sed veritus est Aeeta ne se regno eiicere[n]t, quod ei responsum fuit ex prodigiis, ab advena|e| [Aeoli] filio mortem caveret. itaque Phrixum interfecit. At filii eius Argus Phrontis Melas Cytisorus in ratem conscenderunt ut ad avum Athamantem transirent. [hos Iason cum pellem peteret naufragos ex insula Aria sustulit et ad Chalciopen matrem reportavit, cuius beneficio ad sororem Medeam est commendatus.]

---

1 Iove F Bursian IIB 1866 XCIII p. 771, 21 corr Σ 5 V. F *quinto* Comm

6 hellen F *helles* schol Stat. Theb. II 281 p. 58 corr Comm ‖ sylva F 7 eo F *eorum* schol et myth. Vat. I 23 p. 8 8 eumque F *in quo* schol *in quem* e myth. Vat. Σ 9 |*in*| *Colchos* myth. Vat. I 23 II 134 10 [Ita . . factum] ex altera recensione breviore, in qua deerant verba '*qui cum . . . petisse*' ‖ quo F *qui* schol 13 *praecepto* |*parens*| schol myth. Vat. II p. 121, 9 16 calliopen F corr Mic. i. m ‖ *postea* |*quam*| . . . [*sed*] coni Σ 17 *deiiceret* schol myth. Vat. 18 advena aeoli F et myth. Vat. II 136 p. 121, 39, e myth. Vat. I 23 corr Σ ‖ filio] progenie schol myth. Vat. 19 *At . . . commendatus* secl. Bursian IIB XCVIII 776 coll. fab. XXI, sed invenit myth. Vat. l. c. 20 cylindrus F corr Bu ‖ *eius ratem ascenderunt* schol myth. Vat ‖ anum F corr Comm 22 Dia F corr Σ ‖ calliopen F corr Mic. i. m

/[IIII Ino Euripidis]

[Athamas in Thessalia rex, cum Inonem uxorem ex qua duos filios* perisse putaret, duxit † nymphae filiam Themistonem uxorem. ex ea geminos filios procreavit. Postea resciit Inonem in Parnasso esse, quae bacchationis caussa eo pervenisse*, misit|que| qui eam adducerent. quam adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse, sed quae esset nesciebat. coepit velle filios eius necare. rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit et ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit. tunc Themisto decepta suos filios occidit. id ubi resciit ipsa se necavit. [Athamas autem in venatione per insaniam Learchum maiorem filium suum interfecit. at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit et dea est facta.]]

V Athamas

Semele quod cum Iove concubuerat, ob id Iuno toto generi eius fuit infesta. itaque Athamas Aeoli filius per insaniam in venatione filium suum interfecit sagittis.

VI Cadmus

Cadmus Agenoris et Argiopes filius ira Martis quod draconem fontis Castalii custodem occiderat suorum prole interempta cum Harmonia Veneris et Martis filia uxore sua in Illyriae regionibus in dracones sunt conversi.

IIII Ino alia Eurypidis (sic) index; spuriam esse censet Bursian IIB XCIII 776 recte 2 |*suscepit*| *perisse* coni. Σ ‖ *Hypsei* Mu ‖ de acc. Themistonem et Inonem cf. Neue Formenl. I p. 353 3 |dicitur| Σ 4 misit F corr Σ 8 de genetivo Inonis Neue l. c. 9 opposuit F corr Tollius *opertos opposuit* R Unger Sinid. p. 118, 29

V Spuria iudice Bursiano IIB XCVIII 776 13 *toti* Bu sed cf. Zumpt §. 140 16 agrisopes F argyopes Mic. i. m *argiopes* Mu ‖ Seclusit hanc fabulam Bursian l. l. minus recte, cum auctor redeat ad res fab. CLXXXIIII enarratas. Ne fabulas quidem VII — XI hinc removerim, quia non modo inter Polydorum Cadmi filium Labdaci patrem et Laium Labdaci filium Thebis quae res gestae essent edocendi eramus, sed etiam apte Neleus Chloridis coniunx ante fratrem Peliam commemorari poterat; quamquam concedo haec capita post fab. LXV commodiore loco lectum iri.

VII Antiopa

Antiopa Nyctei filia ab Epopeo per dolum est stuprata: itaque a Lyco viro suo eiecta est. Hanc viduam Iupiter compressit. At Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui suspicio incidit virum suum clam cum Antiopa concubuisse: itaque imperavit famulis ut eam in tenebris vinctam clauderent. Cui postquam partus instabat, effugit ex vinculis Iovis voluntate in montem Cithaeronem: cumque partus premeret et quaereret ubi pareret, dolor eam in ipso bivio coegit partum edere. quos pastores pro suis educarunt et appellarunt Zet|h on *ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον*, alterum autem Amphionem *ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν* id est quoniam in bivio eum edidit. Qui postquam matrem agnoverunt* Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt. Ex cuius cruore in monte Cithaerone fons est natus, qui Dircaeus est appellatus, beneficio Liberi, quod eius baccha fuerat.

VIII Eadem Euripidis quam scribit Ennius

Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. eius formae bonitate Iuppiter adductus gravidam fecit. quam pater cum punire vellet, propter stuprum minitans periculum, Antiopa effugit in Cithaeronem, parit geminos et reli|n|quit. quos pastor educavit, Zet|h|um et Amphionem nominavit. Casu in eodem loco quo illa pervenerat Epopeus Sicyonius stabat. is mulierem advectam domo matrimonio suo iunxit. Id Nyct[a]eus aegre ferens cum moreretur Lyco fratri suo per obtestationem mandat, ne impunem Antiopam ferret. huius post mortem Lycus, cui tum regnum relinquebat, Sicyonem venit:

---

1 epapho F et myth. Vat. I 97 II 37 corr Mic. i. m 2 Iuppiter F corr Comm 3 Dyrcen Comm 6 cytheronem F *seu Aracyntho* add. myth. Vat. l. c. ‖ cf. Unger Theb. parad. p. 288 8 zeton F corr Bu 10 ἤτοι ἀμφόδῳ . . . *in |am|bivio* coni. Σ 11 *cf. myth. Vat. I p. 32, 23. 24 12 corpore F *sanguine* myth. Vat. I 97, p. 32, 25 II 37 p. 100, 9 corr Σ ‖ cytherone F 13 dirceus F corr Mu

VIII Schol. Apoll. Rhod. IV 1090 p. 514, 33—515, 11 Eudoc. Viol. p. 18 ‖ *quam scribit Ennius* om. index totum caput Bursianus interpolatori vindicabat l. c. 15 dignitate? ut f. 78 ‖ boeocia F 17 'in cytheronem . . . nominavit' in F post 'adduxit' l. 23 posita huc trai. Σ 18 *relinquit* Mu 20 epaphus F corr. Mic. i. m 22 post 'mandat' in F leguntur 'cui tum regnum relinquebat' ‖ impune antiopa F corr. Nauck 23 'cui . . . relinquebat' huc retraxit Σ ‖ Sycionem F corr. Comm

interfecto Epopeo Antiopam vinctam abduxit. Antiopa Dirce uxori Lyci data [erat] in cruciatum [ea] occasione nacta fugae se mandavit. devenit ad filios suos. ex quibus Zet|h|us existimans* fugitivam non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi illuc* delata est: ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti eam esse matrem suam celeriter consecuti matrem eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent vetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.

IX Niobe

Amphion et Zet|h|us Iovis et Antiopes Nyctei filii iussu Apollinis Thebas muro circumcinxerunt usque ad Semeles bustum Laiumque Labdaci regis filium in exilium eiecerunt. ipsi ibi regnum obtinere coeperunt. Amphion in coniugium Niobam Tantali et Diones filiam accepit. ex qua procreavit liberos septem totidemque filias. Quem partum Niobe Latonae anteposuit superbiusque locuta est in Apollinem et Dianam quod illa 'cincta viri cultu' esset et Apollo vestem † deorsum atque crinitus et se numero filiorum Latonam superare. ob id Apollo filios eius in silva venantes sagittis interfecit [in monte Sipylo] et Diana filias in regia; interemit praeter Chloridem. at genitrix liberis orba flendo lapidea facta esse dicitur in monte Sipylo, eiusque hodie 'lacrimae manare' dicuntur. Amphion autem cum templum Apollinis expugnare vellet ab Apolline sagittis est interfectus.

X Chloris

Chloris Niobes et Amphionis filia, quae ex septem superaverat. hanc habuit in coniugem Neleus Hippocoontis filius. ex qua procreavit liberos masculos XII. Hercules cum Pylum expugnaret Ne-

---

1 epapho F corr Mic ‖ adduxit F corr. Sch ‖ dirce F (non 'dirce,') cf. Marcian. Capell. III § 291 Neue Formenl. p 63. 64 3 lacunam indicavit ORibbeck 5 illuc F *tunc* Nauck *illuc|escente die|* Σ

10 Antiopes genetivum post Ovidium arripuerunt poetae: Neue Formenl. p. 62 *|filiae| filii* coni Σ 11 semedustum F corr Sch 13 dionei F corr Sch 18 sylva F 20 genetrix Comm 21 lachrymae F ‖ manere F corr Tollius

24 in urbe Seti F '*Niobes et*' Salmasius 25 in coniugem] cf. LXXXIV 'in uxo-

leum interfecit et filios eius decem, undecimus autem Periclymenus beneficio Neptuni avi in aquilae effigiem commutatus mortem effugit. nam duodecimus Nestor in †ilio erat. qui tria secula vixisse dicitur beneficio Apollinis. nam quos annos †Chloris et fratrum [Apollo] eripuerat, Nestori concessit.

XI Niobidae

Tantalus	*Lerta
Ismenus	*Chiade
Eupin|yt|us	Chloris
Phaedimus	Astycratia
Sipylus	*Siboë
|Dama|sichthon	Eudoxa
Archenor	Ogygia

hi sunt filii et filiae Niobae uxoris Amphionis.

XII Pelias

Peliae Cret\|h\|ei et Tyrus filio responsum erat, ei si quis monocrepis (id est uno pede calceatus) supervenisset, ut Neptuno sacrum faceret, tum mortem eius appropinquare. Is cum annua sacra faceret Neptuno, Iason Aesonis filius [fratris Peliae] cupidus sacra faciendi, dum flumen Euhenum transiret, calceamentum reliquit. quod ut celeriter ad sacra veniret neglexit. Id Pelias in-

---

rem' cave temptes 1 periclymenis F *periclymenes* Comm *periclimenus* Mu 3 *illo |tempore ab|erat* coni. Σ 4 *quot?* ‖ Chloris] *patri* coni. Σ ‖ *'fratr|ibus fat|um eripuerat*, [*Apollo*]' coni. Σ

6 'Non modo corrupta haec, sed etiam transposita nomina videntur . . . et erant quoque in vetust. exempl. erasae quaedãm literae, et pro iis aliae ab indocto, ut apparet, quopiam repositae' Mic 7 Lerta Tantalus F trai. Σ ‖ Thera Hygin. f. LXIX *Neaera* coni. Bu 8 ismenus . . . sipulus chiade . . . siboe F trai. Σ ‖ *Chias* ex Hygin. l. c. Mu 9 eupinus F corr. Mu 10 astygratia F *astycratea* Mu 11 sipulus F em Mu ‖ *|Me|liboea* coni. Σ 12 sictothius F corr Sch ‖ *cleodoxa* ex Hygin. l. c. Mu 13 ogigia F corr Mu ‖ cf. Philol. XV p. 433

15 Cretei F corr Mu ‖ et si F corr Σ cf. Lange de nexu inter C. Iulii Hygini opp. mythol. p. 57 16 calciatus F corr Mu ‖ 'ut . . . faceret' in F post 'erat' lin. 15 lecta huc trai. Σ ‖ *ei?* 17 *is ergo* schol. Stat. III 516 p. 107 18 *fratris Peliae filius?* 19 *Anaurum* cod. schol. Stat. Theb. V 336 ‖ calciamentum F et Schol. Stat. l. c. corr Mu

spicie|n|s memor sortium [praecepti] iussit cum pellem arietis, quam Phrixus Marti sacraverat, inauratam Colchis ab rege Aeeta †hoste petere. Qui convocatis Graeciae ducibus Colchos est profectus.

XIII Iuno

Iuno cum ad flumen Euhenum in anum se convertisset et staret ad hominum mentes tentandas* ut se flumen [Euhenum] transferrent et id nemo vellet, Iason Aesonis et Alcimedes filius eam transtulit. Ea autem irata Peliae, quod sibi sacrum intermiserat facere, effecit ut Iason unam crepidam in limo relinqueret.

XIV Argonautae convocati

IASON Aesonis et Alcimedes, Clymenes filiae filius, [et] Thessalorum dux. ORPHEUS Oeagri et Calliopes Musae filius, Thrax |ex| urbe Pieria, quae est in Olympo monte ad flumen Enipeum, [mantis citharista]. ASTERION †Pyremi filius matre Antigona, Pheretis filia, ex urbe Pelinna. alii aiunt †Prisci filium |ex| urbe Piresia, quae est in radicibus Phyllei montis, qui est in Thessalia, quo loco duo flumina, Apidanus et Enipeus, separatim proiecta in unum conveniunt. POLYPHEMVS Elati filius matre Hippe Anthippi filia, Thessalus ex urbe Larissa, pedibus tardus. IPHICLVS Phylaci filius matre [Peri]clymene Minyae filia ex Thessalia avunculus Iasonis. ADMETVS Pheretis filius matre Periclymene Minyae filia ex Thessalia, monte C|h|alcodonio, unde oppidum et flumen nomen traxit. huius Apollinem pecus pavisse ferunt. ERYTVS et ECHION Mercurii et Antianirae, Meneti filiae, filii ex urbe Alope quae nunc vocatur E|p|hesus. quidam au|c|tores Thessalos putant. |A|ETHALIDES Mer-

---

2 Phryxus F

'XIII . . . relinqueret' spuria censet Bu Lange l. c. p. 58 5 *instaret* coni Heinsius, sed cf. VIII, 20 et schol Apoll. Rhod. p. 533, 15 ἑστῶσαν ‖ ut] *si?* an *|rogaretque| ut* cf. fab. XXII

XIV Cf. Philol. XXV p. 427 9 'filius' in F post 'Aesonis' lectum trai. Σ Climeni F corr B ‖ [*et*] secl. Sch 11 fleuia] Pymplaea Mic. i. m. *Pieria* Mu ‖ martis F corr. Stav 12 cytharista F 13 peline F corr. Σ ‖ Prisci] imo 'Cometae' 14 phyllaei F corr. Mu 16 hippea antippi F corr. B 18 periclymene F corr. Mic. i. m 19 minois F corr. Mic. i. m 20 calcodonio F corr. Mu 21 evrytus F corr. Σ 22 antreatae mereti F corr. Sch ‖ filius F corr Mu 23 chesus F corr. Sch ‖ autores F (quod fortasse ubique ferendum) ‖ ethalides F corr. ed. Leid. 1670

curii et Eupolemiae Myrmidonis filiae filius. [Hic fuit] Larissaeus. |CORONVS, Caenei filius ex| urbe Gyrtone, quae est in Thessalia. [Caeneus Elati filius Magnesius. hic ostendit nullo modo Centauros ferro se posse vulnerare sed truncis arborum in cuneum adactis. hunc nonnulli feminam fuisse dicunt, cui petenti Neptunum propter connubium optatum dedisse ut in iuvenilem speciem conversus nullo ictu interfici posset. quod est nunquam factum nec fieri potest, ut quisquam mortalis non posset ferro necari, aut ex muliere in virum converti.] MOPSVS Ampyci et Chloridis filius, ex Oechalia vel ut quidam putant Titarensis. hic augurio doctus ab Apolline. EVRYDAMAS Iri et Demonassae filius: alii aiunt Ctimeni filium, qui[a] iuxta lacum Xynium |Ctimenen| Dolopeidem urbem inhabitabat. MENOETIVS Actoris filius Opuntius. ERIBOTES Teleontis filius*. [ameleon]. EVRYTION Iri et Demonassae filius* [ixition]. OILEVS †Leodaci et †Agrianomes, Pèrseonis filiae, filius ex urbe Naryce. |CANTHVS Canethi filius| ab oppido Cerintho. alii aiunt ex Euboea. CLYTIVS et IPHITVS Euryti et Antiopes, Pylonis filiae, filii, reges Oechaliae. [hic concessa ab Apolline sagittarum scientia cum au|c|tore muneris contendisse dicitur.] [huius filius Clytius ab Aeeta interfectus est.] PELEVS et TELAMON Aeaci et Endeidos Chironis filiae filii ab Aegina insula. Qui ob caedem Phoci fratris relictis sedibus suis diversas petierunt domos: Peleus Phthiam, Telamon Salaminam, quam Apollonius Rhodius *ἀτθίδα ⌊νῆσον⌋* vocat. BVTES Teleontis et Zeuxippes Eridani fluminis filiae filius ab Athenis.

---

1 mirmydonis F 2 *Coronus caenei filius ex* om F. add. Mu. 'Caeneus elati filius magnesius' in F post 'adactis' posita trai. Sch 4 *in eum coniectis* Mu. *in eum caeneum adactis* Bunte 10 lyparensis F Titaresius Mic. i. m. corr Mu ‖ 'hic augurio doctus ab Apolline' in F post 'Chloridis filius' lecta trai. Σ 11 quia F *qui* Sch 12 *Ctimenen* add. B ‖ post 'inhabitabat' in F leguntur haec: 'Theseus Aegei et Aethrae Pytthei filiae filius a Troezene. alii aiunt ab Athenis. Pirythous Ixionis filius frater centaurorum Thessalus' 13 amponitus F *opontius* Sch ‖ ameleon] imo *Chamaeleon*, cf. mus. rhen. XX p. 460 14. 15 'Oileus . . . naricea' in F post 'Cerintho' illata trai. Σ, idem voluerat Mic. p. 14 b 15 naricea F corr. B ‖ *Canthus Canethi filius* excidisse viderunt Sch. M. B 17 filius F *filii* Σ 20 paeleus F ‖ paeneidos ceptionis F corr M. i. m 21 aegyna F 22 pelaeus F corr. Comm ‖ salaminam F quod fugit Neuium Formenl. I p. 334 ut Valer. Max. V 3, ext. 3 Iustin. XLIV 3, 2 myth. Vat. I 138, 35 II 199, 28 23 ⌊νῆσον⌋ add. Bu

PHALEROS Alconis filius ab Athenis. |THESEUS Aegei et Aethrae Pitthei filiae filius a Troezene; alii aiunt ab Athenis. PIRITHOUS Ixionis filius frater centaurorum Thessalus.| TIPHYS Phorbantis et
vs
Hyrmines filius Boe|o|tius. [is fuit gubernator navis Argo.] PHLIAS Liberi patris et Ariadnes Minois filiae filius ex urbe Phliunte, quae est in Peloponneso. alii aiunt Thebanum***. HERCVLES Iovis et Alcumenae Electryonis filiae filius, Thebanus. HYLAS Thiodamantis et Menodices nymphae Orionis filiae filius, eph|o|ebus ex Oechalia. alii aiunt ex Argis comitem Herculis. NAVPLIVS Neptuni et Amymones Danai filiae filius Argivus. IDMON Apollinis et Cyrenes nymphae filius, quidam Abantis dicunt, Argivus. hic augurio prudens, quamvis praedicentibus avibus mortem sibi denuntiari intellexit, fatali tamen militiae non defuit. CASTOR et POLLVX Iovis et Ledae Thestii filiae filii, Lacedaemonii, alii Spartanos dicunt, uterque imberbis. his eodem quoque tempore stellae in capitibus ut viderentur accidisse scribitur. LYNCEVS et IDAS Apharei et Arenae Oebali filiae filii, Messenii ex Pelopo|n|neso. ex his Lynceus sub terra quaeque latentia vidisse dicitur [neque ulla caligine inhibebatur]. alii aiunt Lynceum noctu †nullum vidisse. [idem sub terra solitus cernere dictus est ideo, quod aurifodinas norat. is cum descendebat et aurum subito ostendebat, ita rumor sublatus eum sub terra solitum videre. item Idas acer, ferox.] PERICLYMENVS Nelei et Chloridis Amphionis et Niobes filiae filius. [hic fuit] Pylius. AMPHIDAMAS et CEPHEVS Alei et Cleobules filii de Arcadia. ANCAEVS Lycurgi filius, alii nepotem dicunt, Tegeates. |hic fuit Arcas cursor, iaculator.| AVGEAS Solis et †Naupidames Amphidamantis

---

1 alcontis F corr. Sch ‖ 'Theseus . . . Thessalus' in F post 'inhabitabat' l. 12 p. 45 leguntur, cf. schol. Apollon. 535ª 25 4 hymanes F, corr. Burmann ‖ boëtius F corr. Comm. cf. Philol. XXV p. 430 ‖ Argus coni. B sed cf. Neue Forml. I p. 309 ‖ post 'Argo' in F extant haec: 'Argus Polybi et Argine filius. alii aiunt Danai filium. hic fuit Argivus pelle taurina lanugine adopertus. is fuit fabricator navis Argo' ‖ phliasus F corr. Σ 6 *** Σ 7 alcimene F alcmenae F p. 7 corr Σ ‖ theodamantis F corr. B 8 *Mecionices* coni. Mu ‖ oreonis F corr. Mu 14 filius F *filii* Σ 16 bibali F corr. Mu 19 *multum* coni. Barth 22 periclimenus F corr. Comm ‖ nilei F corr. Mu 23 amphinois F 24 amphidamus F em. Mu ‖ egei F em. Mu 25. 26 'hic . . . . iaculator' in F leguntur ante 'Iphitus' 26 'Naupidames' ad Tiphyos matrem spectat

filiae filius. [hic fuit] Eleus.| ASTERION et AMPHION Hyperasii filii, alii aiunt Hip|p|asi, ex Pellene. EVPHEMVS Neptuni et Europes Tityi filiae filius. Taenarius. hic super aquas sicco pede cucurrisse dicitur. ANCAEVS alter Neptuni filius matre Althaea Thestii filia, ab Imbraso insula, quae Parthenia appellata est, nunc autem Samos dicitur. ERGINVS Neptuni filius a Mileto. quidam Periclymeni dicunt Orchomenius. MELEAGER Oenei et Alth|a|eae Thestii filiae filius, quidam Martis putant, Calydonius. LAOCOON Parthaonis filius, Oenei frater |non| ex eadem matre, Calydonius. IPHICLVS alter Thestii filius matre Leucippe Alth|a|eae frater, *PALAEMONIVS |Lerni filius Calydonius.| IPHITVS Nauboli filius Phocensis. [alii Hippasi filium ex Pelopo|n|neso fuisse dicunt.] ZETES et CALAIS Aquilonis venti et Orithy|i|ae Erechthei filiae filii. [hi capita pedesque pennatos habuisse feruntur crinesque c|a|eruleos] qui pervio aëre usi sunt. [hi aves harpy|i|as tres Thaumantis et †Ozomenes filias Aëllopoda Celaeno Ocypeten fugaverunt a Phineo Agenoris filio eodem tempore, quo Iasoni comites ad Colchos proficiscebantur. quae inhabitabant insulas Strophadas in Aegaeo mari, quae Plotae appellantur. hae fuisse dicuntur capitibus gallinaceis pennatae alasque et brachia humana unguibus magnis pedibusque gallinaceis, pectus album f[o]eminaque humana*. hi autem, Zet[h]es et Calais, ab Hercule telis occisi sunt. quorum in tumulis superpositi lapides flatibus paternis moventur. hi autem ex Thracia fuisse dicuntur.] ACA-

---

1 electus F corr. Mic ‖ ypetacli F corr. Mu 2 hipasi F 4 altaca thesti F corr. Heinsius, cf. tamen Hygin. fab. CLVII, ubi 'Ancaeus Astypalaeae Phoenicis filiae filius' audit 6 periclimeni F *Clymeni* coni. Mu 7 orchamenius F *orchomenium* coni. Σ 8 porthaonis F corr. Mu 9 '|*non*| *ex eadem matre*' huc retraxit Σ 10 altheae F ‖ frater ex eadem matre Lacedaemonius F corr. Σ 11 'Lerni filius Calydonius' huc trai. Σ ‖ Ante 'Iphitus' F habet 'hic fuit Arcas cursor iaculator' quae ad Ancaeum Lycurgi f. spectare diximus 11. 12 'alii . . . dicunt' Actorem respiciunt 13 erichthei F corr. Mu 15 Ozomenes F Bursian HB XCIII p. 771. 772 |*Electrae*| *Oceanines* coni. Perizonius Bu ‖ alopienacheloenocypeten F corr. Bursian 16 fileo F corr. F p. 7 Mic 18 aegeo F em. Mu 19. 20 'alasque et brachia humana' loco mota 23 esse F corr B ‖ post 'dicuntur' in F haec illata sunt: †Focus et Priasus Caenei filii ex Magnesia. †Eumedon [Liberi patris et Ariadnes Minois filiae filius a Phliunte] [Palaemonius Lerni filius Calidonius] Actor Hippasi filius ex Pelopon[n]eso. †Thersanon Solis et Leucothoes filius ex Andro. Hippalcimos Pelopis et Hippodamiae (O)enomai filiae filius ex Pelopon|n|eso a Pisis. Asclepius, Apollinis et Coronidis filius a Tricca (atriacha F). |Amphia-

SIVS Peliae et Anaxibiae Biantis filiae filius ex Iolco duplici pallio coopertus. [hic voluntarius Argonautis accessit] sponte sua comes Iasonis. |ARGVS Polybi et Argiae filius. alii aiunt Danai filium. |Hic fuit] Argivus, pelle taurina † lanugine adopertus. [Is fuit fabricator navis Argo].| Hi autem omnes Minyae sunt appellati, vel quod plurimos eorum filiae Minyae pepererunt, vel quod Iasonis mater Clymenes Minyae |filiae| filia erat. Sed neque Colchos omnes pervenerunt, neque in patriam regressum habuerunt. Hylas enim in Mysia a nymphis iuxta Cion flumenque Ascanium raptus est, quem dum Hercules et Polyphemus requirunt vento rapta navi deserti sunt. Polyphemus ab Hercule quoque relictus condita in Mysia civitate perit apud Chalybas. Tiphys autem morbo absumptus est in Mariandynis in Propontide apud Lycum regem, [pro quo navem rexit Colchos Ancaeus Neptuni filius.] Idmon autem Apollinis filius ibi apud Lycum cum stramentatum exisset ab apro percussus decidit. Butes Teleontis filius quamvis cantibus et cithara Orphei avocabatur, victus tamen est dulcedine Sirenum et nataturus ad eas in mare se praecipitavit. eum Venus delatum fluctibus Lilybaeo servavit. Hi sunt qui non pervenerunt Colchos. In reversione autem |hi| perierunt: Eribotes Teleontis filius et Cant|h|us Cerinthius |Canethi| filius interfecti sunt in Libya a pastore Cephalione Nasamonis fratre, filio Tritonidis nymphae et Amphit|h|emidis, cuius † fuste pecus depopulabantur. Mopsus autem Am|p|yci filius ab serpentis morsu in Africa obiit. [is autem in itinere accesserat comes Argonautis, Am|p|yco patre occiso.]

---

raus Oiclei filius matre Hypermnestra| Thestii filia Argivus. Neleus (mileus F) Hippocoontis filius Pylius. Iolaus Iphicli filius Argivus. Deucalion Minois et Pasiphaes Solis filiae filius ex Creta. Philoctetes Poeantis filius e Meliboea. C|a|eneus alter Coroni[s] filius Gyrtone (Coryna F) 1 anaxabiae dymantis F corr Sch || Iolcho F 3 'Argus . . . Argo' in F l. 4 p. 46 de genetivo 'Argo' cf. Propert. III (II) 26, 39 Neue Formenl. I p. 309 4 *ab inguine* coni. B 7 climeni et minyae filia F corr. (Mic.) Mu 7 — 5 p. 49 post l. 15 p. 49 collocari malit Σ 9 Moesia] F em Sch 11 poliphemus F 12 Moesia F corr Sch || chalibas F || thiphys F 13 mariandinis F corr Mu 17 orpheia vocabatur F 19 *libybaeum* ci. B || |hi| Sch 20 euribates F corr. B 21 cantus F corr B || coriontis F corr Σ 22 lybia F corr Comm 23 amphitemidis F corr. B || *fuste, cuius* ci. Sch. cf. CCLXXIV *fuse* Tollius *forte* Heinsius 24 amyci F corr Sch 25 amyco F corr Sch

Item accesserunt ex insula Aria Phrixi et Chalciopes Medeae sororis filii Argus Melas Phrontis Cytisorus. [ut] alii aiunt [vocitatos Phronius] Demoleon Autolycus Phlogius. quos Hercules cum eduxisset habiturus comites, dum Amazon|i|um balteum petit, reliquit terrore perculsos a Dascylo †qui regis Mansuaden filia.

Hi autem cum exirent ad Colchos Herculem ducem facere voluerunt. ille abnuit, sed potius Iasonem fieri oportere cuius opera exirent omnes. dux ergo Iason regnavit. faber Argus Danai filius, |gubernator Tiphys| cuius post mortem rexit navem Ancaeus Neptuni filius. proreta navigavit Lynceus Apharei filius, qui multum videbat. toecharchi autem fuerunt Zetes et Calais Aquilonis filii qui pennas et in capite et in pedibus habuerunt. [ad proram et remos sederunt Peleus et T[h]elamon.] ad pitulum sederunt Hercules et Idas. post relicto [ab] Hercule loco eius sedit Peleus Aeaci filius. ceteri ordinem servaverunt. celeuma dixit Orpheus Oeagri filius.

Haec est navis Argo quam Minerva in sideralem circulum retulit ob hoc quod ab se esset aedificata ac primum in pelagus deducta. Est haec navis in astris apparens a gubernaculo ad velum, cuius speciem ac formam Cicero in phaenomenis exponit his versibus:

> at canis ad caudam serpens praelabitur Argo
> conversam prae se portans cum lumine puppim,
> non aliae naves ut in alto ponere proras
> ante solent rostris neptunia prata secantes.
> sicut cum coeptant tutos contingere portus
> obvertunt navem magno cum pondere nautae
> a[d]versamque trahunt optata ad litora puppim,
> sic conversa vetus super aethera labitur Argo.

---

1 dia F corr Σ ‖ medea F corr Mu 2 Phrontides cylindrus F corr B ‖ *at* ci. Sch 3 Deïleon ci. Mu 4 amazonum F corr Mu 5 '[qui] regis Mariandyni filio' Mic. i. m 9 *gubernator Tiphys* add. Mu 11 tutarchi F corr B 13 thelamon F 14 'post . . . aeaci filius' in F excipiunt verba 'Oeagri filius' trai. B ‖ eo ab Mic^2 *ab* |*eis*| Perizonius male 15 post h. v. collocari 8 p. 48 — 5 p. 49 malit Σ 17 *prima* ci. Mu 21 *prolabitur* Cic 24 *rostro* Cic ‖ post 'secantes'] 'sed conversa retro coeli se per loca portat' Cic 27 *aversamque* Grotius 28 *vertitur* Cic ‖ post 'Argo'] 'atque usque a prora ad celsum sine lumine malum, a malo ad puppim

inde gubernaclum tendens a puppe volante
clari posteriora canis vestigia tangit.
haec navis habet stellas in puppe quatuor in gubernaculo dextro quinque in sinistro quatuor, consimiles inter sese omnino tredecim.

XV Lemniades

In insula Lemno mulieres Veneri sacra aliquot annos non fecerant, cuius ira viri earum Thressas uxores duxerunt et priores spreverunt. At Lemniades eiusdem Veneris impulsu coniuratae genus virorum omne quod ibi erat interfecerunt praeter Hypsipylen, quae patrem suum Thoantem clam in navem imposuit, quem tempestas in insulam Tauricam detulit. Interim Argonautae praenavigantes Lemno accesserunt. quos ut vidit Iphinoe custos portae nunciavit Hypsipylae reginae, cui Polyxo aetate † constituta dedit consilium, ut eos laribus hospitalibus obligaret hospitioque invitaret. Hypsipyle ex Iasone procreavit filios Euneum et † Deiphilum. Lemniades autem, quaecunque ex Argonautis conceperunt, eorum nomina filiis suis imposuerunt. Ibi cum plures dies retenti essent ab Hercule obiurgati discesserunt. Lemniades autem, postquam |re|scierunt Hypsipylen patrem suum servasse, conatae sunt eam interficere. illa fugae se mandavit. hanc praedones exceptam † Thebas deportarunt et regi † Lyco in servitium vendiderunt.

XVI Cyzicus

Cyzicus * Eusori filius rex in insula Propontidis Argonautas hospitio liberali excepit. qui cum ab eo discessissent totumque diem

---

cum lumine clara videtur' Cic 1 tendens a puppe volante] *disperso lumine fulgens* Cic 2 *condit* Cic

XV lemniadae F corr Bu, possis '*Lemniae*' ‖ l. 13 — 20 habet schol. Stat. Theb. V 29 p. 164 myth. Vat. II 141 5 *sacra |per|?* 8 hypsipylem F corr Comm cf. Neue Formenl. I p. 60 11 *Lemnum* Bu ‖ *portae constituta* coni Σ 12 Polixo F corr Bu ‖ *aetate* * *dedit* coni. Σ 13 eas F corr Sch ‖ *largitionibus* coni Σ l. *nuptialibus*? 14 Eunaeum F corr Mu ‖ *deipylum* coni Mu *deziphilum* Σ ‖ 'lemniades . . . imposuerunt' huc trai. Σ 15 *nomen* coni Σ (sc. Minyae) 16 *pluribus diebus detenti* schol. Stat. 17 scierunt F *intellexerunt* schol. corr Σ 18 *Nemeam* schol. Stat. 20 *Lycurgo regionis eius regi* schol. l. c ‖ vendiderunt. Lemniades . . . imposuerunt F neutro loco agnoscit schol Stat.

21 '*Aenei ex Aenete filiae*' excidisse suspicetur aliquis ‖ *rex insulae* coni Mu

navigassent, nocte tempestate orta ad eandem insulam ignari delati sunt. quos Cyzicus hostes Pelasgicos arbitrans esse cum eis noctu in littore arma contulit et ab Iasone est interfectus. qui postero die cum prope littus appropinquasset et vidisset se regem interfecisse sepulturae eum dedit atque filiis regnum tradidit.

XVII Amycus

Amycus Neptuni et Melies filius Bebryciae rex, in huius regna qui venerat, caesti|bu|s cogebat secum contendere et devictos perdebat. hic cum Argonau*tas provocasset ad caestus*, Pollux cum eo contendit et eum interfecit.

XVIII Lycus

Lycus rex insulae Propo*ntidis Argonautas* recepit hospitio in honorem eo quo*d Amycum interfecerant* quod eum saepe insidiaretur. Argonautae d*um apud Lycum morantur* et stramentatum exissent Idmon |Apollini|*s filius ab apro percus*sus interiit. in cuius dum diutius sepultura *mora|n|tur Iphis Phorban*tis filius moritur. tunc Argonautae Ancaeo Nep*tuni filio navem Argo* gubernandam dederunt.

XVIIII Phineus

Phineus Agenoris filius Thrax [ex Cleopatra habuit filios duos. hi a patre novercae crimine excaecati sunt. huic etiam Phineo Apollo augurium dicitur dedisse. hic] deorum consilia cum enunciaret ab Iove est excaecatus et apposuit ei Harpyias quae Iovis canes esse dicuntur quae escam ab ore eius auferrent. huc cum Argonautae

---

3 quod F *qui* Σ 5 tradidit F *dedit* Wopkens

7 caestis F *cestibus* Bu 8 TASPROVOCASSETADCAESTU codex *cestus* Bu ‖ cf. CHalm sitzungsb. (Monac. 1870) I 3 p. 319

XVIII F codex *XVIIII* coni Σ 10 NTIDIS ARGONAUTAS codex ‖ *in honorem* |*Pelopis et*| *quod* Σ e schol. Apoll. Rh. II 752 p. 428. 29 11 DAMYCŪINTERFECERA cod ‖ inficiaretur F corr Σ e schol. Stat. Theb. III 353 p. 99 12 UMAPUDLYCŪMORANT codex ‖ et extra venatum F corr Mu 13 SFILIUSABAPROPERCUS codex 'Apollinis filius' om F corr CHalm 14 MORATURYPHISFORBA codex morantur iphis phorbantis F ‖ Tiphys Mu 15 TUNIFILIONAUEMARGO codex

XVIIII F *XVIII* coni Σ cf. vet. interp. Ibid. p. 461 Merkel 20 harpyas F corr Comm 21 aufferrent F corr Comm ‖ *ad hunc?*

devenissent et eum iter ut demonstraret rogarent, dixit se demonstraturum si eum poena liberarent. Tunc Zetes et Calais Aquilonis venti et Orithyiae filii, qui pennas in capite et in pedibus habuisse dicuntur, Harpyias fugaverunt in insulas Strophadas et Phineum poena liberarunt. Quibus monstravit quomodo symplegadas transirent: ut columbam mitterent in recessu earum, quam petrae cum concurrissent |si contudissent| illi retro refugerent, *. Argonautae beneficio Phinei symplegadas transierunt.

XX Stymphalides

Argonautae cum ad insulam Ariam venissent et aves ex pennis suis eos configerent pro sagit*tis cum multitudini* avium resistere non possent ex Phinei monitu c*lypeos et hastas sumpser*unt ex|que| more Curetum sonitu eas fugarunt.

XXI Phrixi fil*ii*

Argonautae cum per Cy*aneas cautes, quae di*cuntur petrae symplegades, intrasse*nt mare quod dicitur Euxi*num et errarent, voluntate Iunonis delati sunt *ad insulam Ariam. ibi in*venerunt naufragos nudos atque inope*s Phrixi et Chalciope*s filios Argum Phrontin Melam Cytisorum. qui cum ca*sus suos exposuissen*t Iasoni, se cum ad avum festinarent Athamanta ire naufragio facto ibi esse eiectos |propin|quos Iason receptos auxilio iuvit. qui Iasonem Colchos perduxerunt per flumen Thermod[o]ontem. et cum iam non longe essent a Colchis iusserunt navem in occulto collocari et venerunt ad matrem Chalciopen Medeae sororem indicantque Iasonis beneficia et cur venisset. Tunc Chalciope de *Medea|e| indicat per-

4 harpyas F 6 mitterent quae petrae cum concurrissent in recessu earum illi F corr Σ 7 * defectum notavit Σ

9 diam F corr Σ 10 conficerent F corr Heinsius ‖ TISCUMMULTITUDINI codex

11 LYPEOSETASTASSUMSER codex (H, P) ‖ ex F *exque* Comm ‖ cf. Apoll. Rhod. II 1053 schol. p. 440, 29

XXI] II codex 13 . . ANIAS CAUTES QUAEDI cod cyaneas F 14 NTMAREQUOD DICITUREUXI cod 15 ADINSULÃDIÃIBIIN codex ‖ diam F corr Σ 16 ES PHRISIETCALCIOPE codex ‖ Phrixi F ‖ chalciopes F calciopes Mic² 17 phrontiden F *phrontidem* Comm *Phrontin* Bu ‖ cylindrum F corr Bu ‖ SUSSUOSEXPOSUISSEN codex 19 |*propin*|*quos* coni. Σ 22 Chalciopem F corr Mu 23 chalcyope F corr Mu ‖ de Medea F *rem Medeae* Heinsius *idem Medeae* Sch *de* |*advena*| *Medeae* coni Σ

ducitque eam cum filiis suis ad Iasonem. quae cum eum vidisset, agnovit quem in somniis adamaverat Iunonis impulsu. omniaque ei pollicetur et perducunt eum ad templum.

XXII Ae|e|ta

Ae|e|tae Solis filio erat responsum, tamdiu eum regnum habiturum quamdiu ea pellis quam Phrixus consecraverat in fano Martis esset. Itaque Ae|e|ta Iasoni hanc simultatem constituit: si vellet pellem |in|auratam auf[f]erre, tauros aeripedes qui flammas naribus spirabant iungeret adamanteo iugo et araret dentesque draconis ex galea sereret, ex quibus gens armatorum statim enascere[n]tur et se mutuo interficeret. Iuno autem [Iasonem ob id semper voluit servatum. quod cum ad flumen *venisset volens hominum mentes tentare, anum se simulavit et rogavit ut se transferre|n|t. cum c[a]eteri qui transierant despexissent, ille transtulit eam: itaque] cum sciret Iasonem sine Medeae consilio imperata perficere non posse, petit a Venere ut Medeae amorem ini[i]ceret. Iason a Medea Veneris impulsu amatus est. eius opera ab omni periculo liberatus est. nam cum tauris arasset et armati essent enati, Medeae monitu lapidem inter eos abiecit: illi inter se pugnantes alius alium interfecerunt. dracone autem venenis sopito pellem de fano sustulit in patriamque cum Medea est profectus.

XXIII Absyrtus

Ae|e|ta ut resciit Medeam cum Iasone profugisse, nave comparata misit Absyrtum filium cum satellitibus armatis ad eam persequendam. Qui cum in Adriatico mari in Histria eam †persecutus esset ad Alcinoum regem et vellent armis contendere, Alcinous se inter eos interposuit ne bellarent. quem iudicem sumpserunt. qui eos in posterum distulit. Qui cum tristior esset et interrogatus esset a coniuge Arete, quae causa esset tristitiae, dixit se iudicem sumptum a duabus diversis civitatibus [inter Colchos et Argivos].

4—8 cf. schol Stat. Theb. p. 433 Lind 4 aetae F corr Comm 7 |in|auratam coni Σ ‖ aufferre F corr Comm 9 *enasceretur* vel *interficerent* Sch 10—13 spuria eliminavit Σ 12 *transferrent* Mu

23 [*in Histria*] Lange l. c. p. 61 24 vellet F corr Σ 25 inter eos] huc pertinet glossa l. 28 'inter Colchos et Argivos' 26 tristiiae F corr Comm

Quem cum interrogaret Arete quidnam esset iudicaturus, respondit Alcinous: si virgo fuerit Medea parenti redditurum, sin autem mulier coniugi. Hoc cum audivit Arete a coniuge mittit nuncium ad Iasonem et is Medeam noctu in antro devirginavit. postero autem die cum ad iudicium venissent et Medea mulier esset inventa coniugi est tradita. Nihilominus cum profecti essent, Absyrtus timens patris praecepta persecutus est eos in insulam Minervae. Ibi cum sacrificaret Minervae Iason et Absyrtus intervenisset ab Iasone est interfectus. cuius corpus Medea sepulturae dedit, atque inde profecti sunt. Colchi qui cum Absyrto venerant timentes Ae|e|tam illic remanserunt op|p|idumque condiderunt quod ab Absyrti nomine Absorin appellarunt. Haec autem insula posita est in Histria contra Pola|m| iuncta insulae † Cantae.

✓ XXIIII [Iason.] Peliades

Iason cum Peliae patrui sui iussu tot pericula adisset cogitare coepit, quomodo eum sine suspicione interficeret. hoc Medea se facturam pollicetur. Itaque cum iam |non| longe ab Iolco essent, navem iussit in occulto collocari et ipsa ad Peliae filias pro sacerdote Dianae venit: eis pollicetur se patrem earum Pelian ex sene iuvenem facturam. Id quia Alcestis maior filia negavit fieri posse, Medea quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem caliginem eis obiecit et ex venenis multa miracula fecit, quae verisimilia esse viderentur, arietemque vetulum in aenum coniecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse visus est. eodemque modo [unde] Peliades, id est Alcestis Pelopia Medusa Pisidice Hippothoe, Medeae impulsu patrem suum occisum in aeno coxerunt. cum se deceptas esse viderent a patria profugerunt. at Iason signo a Medea accepto regia est potitus Acastoque Peliae filio fratri Peliadum, quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit. ipse cum Medea Corinthum profectus est.

---

8 *sacrificarent.* [*Minervae Iason*] coni. Σ nisi ante '*ibi*' inferenda sunt verba '*haec autem insula . . . Cantae*' 10 *Colchi autem?* 11 *oppidumque* Comm ‖ *Absyrtin* Mu 13 pola F imo *Polas* aut cum Mu *Polam* ‖ [*Haec autem . . . Cantae.*] Lange l. c. p. 61 16 |*non*| Sch ‖ a Colchis F corr Mu 19 idque F *id quia* Sch 22 aeneum F ahenum F p. 7 Mic. i. m *aenum* Comm 23 *eodem* |*deni*|*que* coni Σ 24 isidoce F corr Tollius 25 aeneo F ‖ |*quae*| *cum?*

XXV Medea

Medea Ae|e|tae et Idy|i|ae filia cum ex Iasone iam filios Mermerum |· *et Pheretem procreasset summaque concordia viverent, obi|ciebatur ei hominem tam fortem ac formosum ac nobilem | uxorem advenam atque veneficam habere. huic Creon | Menoecei filius rex Corinthius filiam suam minorem Glaucen dedit | uxorem. Medea cum vidit se, erga Iasonem bene merentem, tanta | contumelia esse affectam coronam ex venenis fecit auream eamque| muneri filios suos iussit novercae dare. Creusa munere ac|cepto cum Iasone et Creonte conflagravit. Medea ubi regiam | ardere vidit natos suos ex Iasone Mermerum et Pheretem inter | fecit et profugit Corintho.*

XXVI Medea exul

Medea Corintho exul Athenas ad Aegeum Pandionis | filium devenit in hospitium eique nupsit. ex eo natus est | Medus. Postea sacerdos Dianae Medeam exagitare coepit regique negabat sacra caste facere posse eo quod in ea civitate esset mulier venefica et scelerata. tunc iterum exulatur. Medea autem* iunctis draconibus ab Athenis Colchos redit: quae in itinere Absoridem venit ubi frater Absyrtus sepultus erat. ibi Absoritani serpentium multitudini resistere non poterant. Medea autem ab eis rogata lectas eas in tumulum fratris coniecit, quae adhuc ibi †permanentes, si qua autem extra tumulum exit debitum naturae persolvit.

XXV περὶ μηδείας. de medea Dositheus p. 67 1 aetae F em Comm ‖ idyae F corr Mu ‖ marcerum F corr Mic. i. m ‖ a voce ET FERETUM incipit codicis fragmentum 2 FERETUM codex F corr. Mic. i. m 3 ORICIEBATUR codex objciebatur F ‖ FORMOSVM . . NOBILEM codex cum litura in qua fuit AC 4 MENOÊCI codex corr Mu 5 GLAUCĒ codex glaucem F *Glaucen* Bu 7 EXUENENS codex exuens F corr Barthius ‖ EAMQ; codex 8 FILIOSSUOSIUSSIT codex iussit filios suos F ‖ CREÛSA codex IASÓNE idem 9 Creonte] Neue Formenl. I p. 150 ‖ CONFRAGLAUIT codex corr F 10 MARCERUM ET FERETUM codex F corr Mic. m ‖ cf. vet. interp. Ovid. Ibid. 601, p. 474 ed. Merkel

12 AEGÊUM codex 13 DEUÊNIT codex 16 *exulatum it* Lange p. 61 *exulatura* [*Medea autem*] *in curru iunctis* coni Σ 17 *quo in* Sch ‖ *Absyrtidem . . . Absyrtitani* coni. Mu rec. Bu 20 *permanent* Mu *permanentes* ** Σ

XXVII Medus

Persi Solis filio fratri Aeetae responsum fuit ab Aeetae progenie mortem cavere|t|. Ad quem Medus | Aegei et Medeae filius| dum matrem persequitur tempestate est *delatus. quem satellites comprehensum ad regem Persen perduxerunt.* | *Medus ut vidit se in inimici potestatem* | *venisse Hippoten Creontis filium se esse mentitus est. rex diligentius qu|a|erit et in custodia|m| eum conici iussit. Ubi sterilitas et penuria frugum* | *dicitur fuisse. Quo Medea in curru iunctis draconibus cum venisset, <ibique> regi*| *se sacerdotem † Dianae ementita esset, dixit sterilitatem se expiare*| *posse: et cum a rege audisset Hippoten Creontis filium in custodia haberi* | *arbitrans eum patris iniuriam exequi venisse imprudens filium* | *prodidit. Nam regi persuadet eum Hippoten non esse sed Medum Aegei filium* | *a matre missum ut regem interficeret, petitque ab eo ut interfici*|*endus sibi traderetur, existimans Hippoten esse. Itaque Medus cum* | *productus esset ut mendacium morte puniret, ut illa aliter esse* | *vidit quam putavit, dixit se cum eo colloqui velle atque ensem* | ei tradidit iussitque avi sui iniurias exequi. Medus re audita *Persen* interfecit regnumque avitum possedit. ex suo nomine terram Mediam cognominavit.

XXVIII Otos et Ephialtes

Otos et Ephialtes Aloei et Iphimedes †Neptuni filiae filii mira

---

1 persi (Neue Formenl. I p. 347) ut Chrysi ‖ progenie, F corr Comm 2 *caveret* Bu ‖ 'Aegei et Medeae filius' om F huc trai. Σ 3 dolatus F DELATUS cod. F² 4 COMPREHENSUM codex compraehensum F corr Comm 4. 5 MEDUSAEGEIETMEDEAEFILIUSUT codex F corr Σ ‖ SÊ codex 5 YPPÔTEN codex hippoten F ‖ SÊ codex 6 QUERIT codex corr F ‖ CUSTODIAEUMCONICI codex custodiam eum conijci F 7 *Tum ibi* coni Halm 8 DRACONIBUS UENISSET codex corr F ‖ UENISSET REGI codex, venisset ex regi F venisset et regi F p. 7 Mic² corr Σ ‖ SÊ .... INTERFICI| valde detrita in codice 9 SÊ EXPIÂRE codex 10 YPPOTEN codex corr F 11 UENISSEIBIQ; IMPRUDENS codex F corr Σ 12 YPPÔTEN codex corr F 13 EGEI codex corr F ‖ MISSUM REGEM codex missum ut regem F 14 AB EO codex om F ‖ estimans codex e,stimãs F corr Halm 15 YPPÔTEN codex corr F 16 PUNIRET ET codex puniretur et F corr Σ ‖ UIDIT codex F *et vidisset* Halm ‖ SÊ codex 17. 18 'ei ... audita' evanuerunt in codice 18 [*regnumque avitum possedit*] Lange l. c. p. 62 coll. f. LXIII XXVIII et l. 20 othos F corr Mu ‖ aloi F corr Mu ‖ hiphimedes ubique F

magnitudine dicuntur fuisse. hi [singuli] singulis mensibus novem digitis crescebant. itaque cum essent annorum novem in coelum ascendere sunt conati. qui aditum sibi ita faciebant: montem enim Ossam super Pelion posuerunt, unde etiam Pelion Ossa mons appellatur, aliosque montes construebant. qui ab Apolline †nacti sunt interfecti. Alii autem auctores dicunt Neptuni et Iphimedes filios fuisse | *atrotos.* — Hi cum Dianam comprimere voluissent quae cum non posset viribus eorum | *obsistere, Apollo inter eos cervam misit, quam illi furore incensi dum volunt | iaculis interficere alius alium interfecerunt. Qui ad inferos dicuntur | hanc poenam pati: ad columnam, aversi alter ab altero, serpentibus sunt deligati. †est styx inter, | columnam sedens ad quam sunt deligati.*

XLVIIII Aesculapius

Aesculapius Apollinis filius Glauco Minois filio vitam reddidisse [sive Hippolyto] dicitur. quem Iupiter ob id fulmine percussit. Apollo, quod Iovi nocere non potuit, eos qui fulmina fecerant, id est Cyclopes, interfecit. Quod ob factum Apollo datus est in servitutem Admeto regi Thessaliae.

---

corr Mu 1 [singuli] om. Serv. Virg. Ge. I 280 3 *quo* coni Heinsius ‖ *enim* secl. Mu 4 *unde . . . appellatur* secl. Sch 6 *enecti* interfecti *sunt* Σ 7 |*et*| *atrotos?* ‖ ATROPOS codex F corr F p. 7 Mic² ‖ hi . . . eorum cultro resecta in codice 8 OBSISTERE codex resistere F 10 PENĀ codex corr F 11 AUERSI SERPENTIBUS codex alter ab altero 12 C Schwenck mus. rhen. 1858 XIII p. 477 ‖ est (= exest) strix viscera Barthius ‖ fortasse *inter(anea)?*

XLVIIII aescolapius F 15 fecerunt F corr Mu

L Admetus

Alcestim Peliae filiam cum complures in coniugium peterent et Pelias cum multos eorum repudiaret, simultatem his constituit [ei se daturum] qui feras bestias ad currum iunxis-

LI Alcestis

Alcestim Peliae et Anaxibies Biantis filiae filiam complures proci petebant in coniugium. Pelias vitans* eorum conditiones repudiavit, et simultatem constituit, ei se daturum qui feras

---

L spuriam iudicat Bursian l. l. 18 Pelei F corr Mu 22 [*ei se daturum*] seclusit Σ

LI 18 anaxobies dimantis F corr Sch

set, is quam vellet aveheret. Itaque Admetus ab Apolline petiit, ut se adiuvaret. Apollo cum ab eo esset liberaliter tractatus, cum in servitium fuit ei traditus, aprum et leonem ei iunctos tradidit, quibus ille Alcestim [in coniugium] avexit.

bestias ad currum iunxisset et Alcestim in coniugio avexisset. Itaque Admetus ab Apolline petiit ut se adiuvaret. Apollo autem quod ab eo in servitutem liberaliter esset acceptus aprum et leonem ei iunctos tradidit, quibus ille Alcestim avexit.

Et illud ab Apolline accepit, ut pro se alius voluntarie moreretur. pro quo cum neque pater neque mater mori voluissent, uxor se Alcestis obtulit et pro eo vicaria morte interiit. quam postea Hercules ab inferis revocavit.

1 *his* coni Σ ‖ in myth. Vat. etiam I 46 p. 17, 21 Bod. Hippolyti fabulae adhaeret Aesculapii interitus et Apollinis apud Admetum servitium

2 '*coniugium*' dissuadente Munckero coni Bu 'in coniugio' videtur ἐν ξυναρίδι significare

LII Aegina

Iupiter cum Aeginam Asopi filiam vellet comprimere et Iunonem vereretur detulit eam in insulam Oenonen et gravidam fecit, unde natus est Aeacus. Hoc Iuno cum rescisset serpentem in aquam misit quae eam venenavit. ex qua qui biberat debitum naturae solvebat. Quod cum amissis sociis Aeacus prae paucitate hominum morari non posset, formicas intuens petiit ab Iove, ut |tot| homines in praesidio sibi daret. tunc Iupiter formicas in homines transfiguravit qui Myrmidones sunt appellati, quod graece formicae myrmeces dicuntur; insula autem Aeginae nomen possedit.

LIII Asterie

Iovis cum Asterien *Titanis filiam amaret, illa eum contempsit

LII *aegina, mirmydones* (sic) index 17 delon F oenonen Mic. i. m 22 |tot| add Σ 24 myrmices F μύρμηκες Bu ‖ hanc fabulam excepisse fab. LIIII censet Bursian l. c. p. 777

Fabulas LIII. LV. LVI seclusit Bursian 25 |*Coei*| *Titanis* Bu imo |*Poli*| *Titanis*

a quo in avem ortygem commutata est, quam nos coturnicem dicimus. eamque in mare abiecit et ex ea insula est enata, quae Ortygia est appellata. Haec mobilis fuit: quo postea Latona ab Aquilone vento delata est iussu Iovis tunc, cum eam Python persequeretur; ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem et Dianam. quae insula postea Delos est appellata.

LIIII Thetis

Thetidi Nereidi fatum fuit, qui ex ea natus esset fortiorem fore quam patrem. Hoc praeter Prometheum cum sciret nemo et Iovis vellet cum ea concumbere, Prometheus Iovi pollicetur se eum praemoniturum, si se vinculis liberasset. Itaque fide data monet Iovem, ne cum Thetide concumberet, ne si fortior nasceretur Iovem de regno deiiceret, quemadmodum et ipse Saturno fecerat. Itaque datur Thetis in coniugium Peleo Aeaci filio, et mittitur Hercules, ut aquilam interficiat, quae eius cor exedebat; eaque interfecta Prometheus post triginta *annos de monte Caucaso est solutus.

LV Tityus

Latona quod cum Iove concubuerat, Iuno Tityo Terrae filio immani magnitudine iusserat, ut Latonae vim afferret. qui cum conatus esset a Iove fulmine est interfectus. qui novem iugeribus ad inferos exporrectus iacere dicitur, et serpens ei appositus est, qui iecur eius exesset, quod cum luna recrescit.

LVI Busiris

In Aegypto apud Busiridem Neptuni filium cum esset sterilitas et Aegyptus annis novem siccitate exaruisset, ex Graecia augures convocavit. Phrasius* Pygmalionis fratris filius Busiridi monstravit,

---

Titani schol. Stat. Theb. IV 796 ‖ *amaret* |*et*| *illa eum contemneret* in schol. l. c. 1 ortygiam F ὄρτυγα Myth. Vat. II 17 2 *deiecit* schol. l. c. fortasse recte

15 *triginta milia annorum* Aeschylus ap. Hygin. poet. astr. II 15 (cf. fab. CXLIIII) 13—15 *et mittitur . . . solutus* secl. Bursian l. c. p. 777

LV tytius F [LV . . . recrescit] secl. Bursian 16 tytius F 17 latone F *latonae* Comm

[LVI . . . exhibuit] secl. Bursian 22 |*rex*| *ex* coni. Bu, |*ille*| *ex*? 23 *convocati* Sch ‖ Thasius F *Thrasius* Mic. i. m qui *Phrasius* (Φράσιος) voluisse videtur ‖ pigmalionis F cf. Philargyr. Virg. Ge. III 5

immolato hospite venturos imbres, promissisque fidem ipse immolatus exhibuit.

LVII Stheneboea

Bellerophon cum ad Proetum regem exul in hospitium venisset adamatus est ab uxore eius Stheneboea. qui cum concumbere cum ea noluisset, illa viro suo mentita est se ab eo compellatam. At Proetus re audita conscripsit tabellas de ea re et mittit eum ad Iobaten regem patrem Stheneboeae. quibus lectis talem virum interficere noluit sed ad Chimaeram eum interficiendum misit, quae tripartito |corpore| ore flammam spirare dicebatur. †idem 'prima leo postrema draco media ipsa chimaera'. hanc super Pegasum sedens interfecit et decidisse dicitur in campos Aleios. unde etiam coxas eiecisse dicitur. at rex virtutes eius laudans alteram filiam dedit ei in matrimonium. Stheneboea re audita ipsa se interfecit.

LVIII Smyrna

Smyrna Cinyrae Assyriorum regis et Cenchreidis filia. cuius mater Cenchreis superbius locuta quod filiae suae formam Veneri anteposuerat, Venus matris poenas exequens Smyrnae infandum amorem obiecit adeo ut patrem suum amaret. quae ne suspendio se necaret, nutrix intervenit. et patre nesciente per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit: idque ne palam fieret pudore stimulata in silvis se abdidit. cui|us| Venus postea miserta est et in speciem arboris eam commutavit, unde myrrha fluit. ex qua natus est Adonis, qui matris poenas a Venere est insecutus.

LVIIII Phyllis

Demophoon Thesei filius in Thraciam ad Phyllidem in hospitium dicitur venisse et ab ea esse amatus. Qui cum in patriam vellet redire fidem ei dedit se ad eam rediturum. qui die con-

---

LVII *stheneboea, bellerophon* index 7 diobaten F ioabaten (voluit *iobaten*) Mic. i. m 8. 10 chimeram — chimera F corr Comm ‖ Lucret. II 704. V 903 12 alienos F corr Mic. in m ‖ [et decidisse . . . dicitur] secl. Lange p. 42 13 ne F *re* Comm 19 et] *ita* Sch 21 sylvis F ‖ cui F *cuius* Berkel

LVIIII *Phyllis . . . appellata* post fab. XLVII retrahit Bursian

stituta cum non venisset, illa eo die dicitur novies ad littus cucurrisse quod ex eo ἐννέα ὁδοὶ Graece appellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophoontis spiritum emisit. cui parentes cum sepulc[h]rum constituissent, arbores ibi sunt natae, quae certo tempore Phyllidis mortem lugent, quo folia arescunt et diffluunt. cuius ex nomine folia graece φύλλα sunt appellata.

LX Sisyphus et Salmoneus

Sisyphus et Salmoneus Aeoli filii inter se inimice fuere. Sisyphus petiit ab Apolline quomodo posset interficere inimicum id est fratrem. cui responsum fuit, si ex compressu Tyronis Salmonei fratris filiae procreasset liberos, fore ultores. quod cum Sisyphus fecisset, duo sunt filii nati, quos Tyro mater eorum sorte audita necavit. at Sisyphus ut resciit **qui nunc dicitur saxum propter impietatem adversus montem ad inferos cervicibus volvere: quod cum ad summum verticem perduxerit, rursum deorsum post se revolvatur.

LXI Salmoneus

Salmoneus Aeoli filius Sisyphi frater cum tonitrua et fulmina imitaretur Iovis, sedens quadrigam faces ardentes in populum †mitteret et cives; ob id a Iove fulmine est ictus.

LXII Ixion

Ixion †Leontei filius conatus est Iunonem comprimere. Iuno Iovis iussu nubem supposuit, quam Ixion Iunonis simulac[h]rum esse credidit. ex ea nati sunt centauri. at Mercurius Iovis iussu Ixionem ad inferos in rota constrinxit quae ibi adhuc dicitur verti.

LXIII Danae

Danae Acrisii et Aganippes filia. huic fuit fatum, ut quod peperisset Acrisium interficeret. quod timens Acrisius eam in muro lapideo praeclusit: Iovis autem in imbrem aureum conversus cum

---

2 ex ea F corr Sch ‖ enneados F corr Meursius 5 *defluunt* Bu 6 phylla F

LXII περὶ ἰξίωνος. de ixione Dositheus p. 67 19 |*Ph*|*legyantis* coni. Σ; nil mutandum censet Bursian IIB XCIII p. 777, 35 22 verti. LXV Alcyone. Ceyx . . . appellant. LXIII Bursian l. c.

Danae concubuit, ex quo compressu natus est Perseus. Quam pater ob stuprum inclusam in arca cum Perseo in mare deiecit. ea voluntate Iovis delata est in insulam Seriphum. quam piscator Dictys cum invenisset effracta vidit mulierem cum infante, quos ad regem Polydectem perduxit. qui eam in coniugio habuit et Perseum educavit in templo Minervae. Quod cum Acrisius rescisset, eos ad Polydectem morari, repetitum eos profectus est. quo[d] cum venisset, Polydectes pro eis deprecatus est: Perseus Acrisio avo suo fidem dedit se eum nunquam interfecturum. Qui cum tempestate retineretur, Polydectes moritur. cui cum funebres ludos facerent, Perseus disco misso, quem ventus distulit, in|fregit| caput Acrisii, et eum interfecit. ita quod voluntate sua noluit deorum factum est. sepulto autem eo Argos profectus est regnaque avita possedit.

LXIIII Andromeda

Cassiope filiae suae Andromedae formam Nereidibus anteposuit. ob id Neptunus expostulavit, ut Andromeda Cephei filia ceto obiceretur. Quae cum esset obiecta Perseus Mercurii 'talaribus' volans eo dicitur venisse et eam liberasse a periculo. Quam cum abducere vellet, Cepheus pater cum Agenore, cuius sponsa fuit, Perseum clam interficere voluerunt. ille cognita re caput Gorgonis eis ostendit omnesque ab humana specie sunt informati in saxum. Perseus cum Andromeda in patriam redit. ‖ Polydectes sive Proetus |ut| vidit Perseum tantam 'virtutem' habere, pertimuit eumque per dolum interficere voluit. qua re cognita Perseus caput Gorgonis ei ostendit et is ab humana specie est immutatus in lapidem.

---

4 *effracta* |*ea*| Comm; *invenisset et effregisset vidit* Lange p. 31 7 quod F corr Mic 8 *devenisset* malit Σ 11. 12 Perseus Acrisium disco misso, quem ventus distulit in caput eius, percussit et interfecit Lange p. 44; *'avum'* pro 'et eum' Barthius 11 in caput F *in*|*fregit*| *caput* Σ 12 *noluit* |*id*| fab. CCLXXIII 13 *est* |*numine*| fab. CCLXXIII

LXIIII andromada F corr Mu 15 andromadae F 16 andromada 8 17 Ovid. Met. IV 666 19 adducere F corr Mic. i. m ‖ *fuerat?* 21 omnesque] cf. XXXV 22 andromada F ‖ hinc incipit nova fabula nisi forte interpolatoris est additamentum 23 |*ut*| add Sch. *'Polydectes* [*sive Proetus*]' an [*Polydectes sive*] *Proetus* sit corrigendum incertum: illud cum Bursiano IIB XCIII p. 771 praetulerim propter id quod est 'virtutem' coll. Ovid. Met. V 243 25 spetie F

LXV Alcyone

Ceyx Hesperi sive Luciferi et Philonidis filius cum in naufragio periiset Alcyone Aeoli et Aegiales filia uxor eius propter amorem ipsa se in mare praecipitavit. qui deorum misericordia ambo in aves sunt mutati, quae alcyones dicuntur. hae aves nidum ova pullos in mari 'septem' diebus faciunt 'hiberno tempore'. mare his diebus tranquillum est. quos dies nautae alcyonia appellant.

XXVIIII Alcimena

Amphitryon cum abesset ad expugnandam Oechaliam, Alcimena existimans | Iovem coniugem suum esse cum thalamis recepit. qui cum in thalamos | venisset et ei referret quae in Oechalia gessisset, ea credens | coniugem esse cum eo concubuit. qui tam libens cum ea concubuit, ut unum diem usurparet duas noctes con|geminaret, ita ut Alcimena tam longam noctem ammiraretur. | postea cum nunciaretur ei coniugem victorem adesse, minime curavit, | quod iam putabat se coniugem suum vidisse. qui cum [Amphitryon] in regiam | intrasset et eam videret neglegentius securam | mirari coepit et queri quod se advenientem non excepisset. cui Alcimena respondit: 'iam pridem venisti et mecum concubuisti et mihi narrasti quae in Oechalia gessisses'. Quae cum signa omnia diceret, sensit Amphitryon numen aliquod f|ut|uisse pro se; ex qua die cum ea non concubuit. quae ex Iove compressa peperit Herculem.

XXX Herculis athla XII ab Eurystheo imperata

[Infans cum esset dracones duabus manibus necavit quos Iuno

LXV περὶ Ἀλκύονος. de alcyone Dositheus p. 67 2 egyales F corr Mu 5 hyberno F ‖ Ovid Met. XI 745 6 alcyonia] Serv. Virg. Geo. I 399 ‖ De Philonide Conon narr. 7 p. 132 b 11 ubi Hesperi est filia

7 Alcumena F ubique *(Alcimene* Myth. Vat. I p. 24, 25) 8 amphitrion codex corr F ‖ EXPUGNANDA̅ codex expugnandum F 9 ESTIMANS codex aestimans F corr qui tam libens cum ea concubuit Halm 10 gesisset F corr F p. 7 12 CONCUBUIT UT UNUM DIEM USURPARET codex ‖ congemminaret F 13 ALCIMḖNA codex ‖ AMMIRARETUR codex 15 IAM om F ‖ AMPHITRION codex secl Sch 16 SECURAM ut videtur codex *'se curantem'* Barthius ‖ negligentius F 20 fuisse F corr Σ

XXX euristheo F corr Comm 22 *'infans . . . dictus'* secl Bu

miserat, unde †primigenius est dictus.] Leonem Nemeum, quem Luna nutrierat, in antro †Amphriso atrotum necavit. cuius pellem pro tegumento habuit. Hydram Lernaeam Typhonis filiam cum capitibus novem ad fontem Lernaeum interfecit. haec tantam vim veneni habuit ut afflatu homines necaret; et si quis eam *dormientem | transierat, vestigia eius afflabat, et malorum cruciatu morie|batur. hanc Minerva monstrante interfecit et exinteravit | et eius felle sagittas suas tinxit: itaque quidquid postea sagittis fixe|rat mortem non effugiebat unde postea et ipse periit in Phry|gia. Aprum Erymanthium occidit. Cervum [ferocem in Arcadia] cum cornibus aureis | vivum in conspectum Eurysthei regis adduxit. Aves Stymphalides | in insula Martis quae emissis pennis suis iaculabantur sagittis | interfecit. Augine regis [stercus] bobile uno die purgavit maiorem | partem Iove adiutore flumine *ammisso totum stercus abluit. | Taurum, cum quo Pasiphae concubuit, ex Creta insula Mycenas vivum | adduxit. Diomedem Thraciae regem et equos quattuor eius qui carne | humana vescebantur cum Abdero famulo interfecit. equorum autem nomi|na* Podargus Lampon Xanthus Dinus. Hippolyten Amazonam Martis et Otrerae reginae filiam*. cui reginae [Amazonis] balteum detraxit. tum Antiopam captivam Theseo donavit. Geryonem Chrysaoris filium trimembrem uno telo interfecit. Draconem immanem Typhonis filium qui mala

---

1 nemaeum F *nemeaeum* Mu *nemeum* Bu 2 *amphistomo* Mu et Berkel Anton. Lib. VIII p. 44 *amphitreto* Wesseling ad Diodor. I p. 256. probante RUnger Sinid. p. 42, 5 cf. Nigid. ap. schol. in German. Arat. p. 393 ed. Eyssenh.: 'in qua speluncam esse ubi hic leo victus memoratur quae †Mihidymon |ἀμφίδυμον?| nomine fuerit' ‖ ac tropum F corr C 4 lerneam F corr Comm ‖ lerneum F lerne,um Comm 5 '*veneni . . . eam*' cultro abscisa in codice ‖ DORMIENTĒ codex 7 exenteravit F ‖ et ex eius F *exque eius* Comm 9. 10 APRUM IN PHRIGIA codex aprum in phrygia F *aprum in Phegia* RUnger Sin. p. 186 corr Σ cf. Steph. Byz. 673, 5 10 ERIMANTHUM codex erimachum F corr Mu (erimantheum Mic. i. m Unger l. c p. 191) ‖ velocem F 11 CONSPECTU codex corr F ‖ EURISTHĒI codex F corr Comm 13 AUGĒI codex F corr Mu ‖ bobile F bovile F p. 7 14 'maiorem partem' post 'iaculabantur' l. 12 'Iove adiutore' in |*M*|*inoe adiutore* correcta post 'concubuit' collocanda videntur ‖ AMMISSO codex F Mu *immisso* Mic. i. m Serv. Virg. Aen. VIII 300 *admisso* Comm 15 PASĬPHE codex pasiphae F 16 MYCENIS codex mycenas F 17 ABDĒRO codex 18. 19 lineae NA . . . MARTIS ET non nisi syllaba PON apparet 18 podarius F corr. Mic Barth 19 amazonam] cf. CCXLI Neue Formenl. I 333 ‖ otrirae F corr Bu 21 gerionem F corr Comm

aurea Hesperidum servare solitus erat ad montem Atlantem interfecit et Eurystheo regi mala attulit. Canem Cerberum Typhonis filium ab inferis* regi in conspectum adduxit.

XXXI Parerga eiusdem

Antaeum Terrae filium in Libya occidit. hic cogebat hospites secum luctari et delassatos interficiebat. hunc luctando necavit. Busiridem in Aegypto qui hospites immolare solitus erat. huius legem cum audiit passus est se cum infula ad aram adduci. Busiris autem cum vellet deos imprecari, Hercules eum clava ac ministros sacrorum interfecit. Cygnum Martis filium armis superatum* occidit. quo cum Mars venisset et armis propter filium contendere vellet cum eo, Iovis inter eos fulmen misit atque ita eos distraxit. Cetum cui Hesione fuit apposita Troiae occidit. Laomedontem patrem Hesiones quod eam non reddebat sagittis interfecit. Aethonem aquilam quae Prometheo cor exedebat sagittis interfecit. [Lycum Neptuni filium, quod Megaram Creontis filiam uxorem eius et filios Therimachum et †Ophiten occidere voluit, interfecit.]

Achelous fluvius in omnes figuras se immutabat. hic cum Hercule propter Deianirae coniugium cum pugnaret in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit. quod cornu Hesperidibus sive nymphis donavit, quod eae pomis replerunt et cornu copiae appellarunt. [Neleum Hippocoontis filium cum decem filiis occidit, quoniam is eum purgare [sive lustrare] noluit tunc cum Megaram Creontis filiam uxorem suam et filios Therimachum et †Ophiten interfecerat. Eurytum quod Iolen filiam eius in coniugium petiit et ille eum repudiavit occidit. Centaurum Nessum quod Deianiram violare voluit occidit. Eurytionem centaurum quod Deianiram Dexameni filiam speratam suam uxorem petiit occidit.]

---

2 euristheo F corr Comm

7 cum] *ut?* 9 deest '*Itone*' vel simile quid 13 hesionis F corr Mu ‖ 'Aeton id est' Mic Mu 14 — 16 et 21 Neleum — 27 spuria ‖ 17 — 19 singulare caput constituebant cuius inscriptio periit. rem sic se habere palam fit ex Serv. Virg. Aen. VI 300 16 Theremachum F corr Mu ‖ *Oniten* Tzetz. Lycoph. 38 Eudoc. cf. p. 65, 23

20 deae F corr Mu 22 voluit F corr Mic 23 theremachum F ‖ *Di|opithen* corr. Σ coll. Westerm. parad. p. 219 24 iolem F corr Comm 26. 27 dexamenis F corr Comm ‖ 24 — 27 Eurytionem . . . occidit. Centaurum . . . occidit. Eurytum . . . occidit coni. Σ

XXXII Megara

Hercules cum ad canem tricipitem esset missus ab Eurystheo rege et Lycus Neptuni filius putasset eum periisse, Megaram Creontis filiam uxorem eius et filios Therimachum et Diopithen interficere voluit et regnum occupare. Hercules eo intervenit et Lycum interfecit. postea ab Iunone insania obiecta Megaram et filios Therimachum et Diopithen interfecit. Postquam suae mentis compos est factus ab Apolline petiit dari sibi responsum quomodo scelus purgaret. Cui Apollo sortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano eius tripodem sustulit, (quem postea Iovis iussu reddidit) et nolentem sortem dare iussit. Hercules ob id a Mercurio Omphalae reginae in servitutem datus est.

XXXIII Centauri

Hercules cum in hospitium ad Dexamenum regem venisset eiusque filiam Deianiram devirginasset fidemque dedisset se eam uxorem ducturum, post discessum eius Eurytion Ixionis et Nubis filius centaurus petit Deianiram uxorem. cuius pater vim timens pollicitus est se daturum. die constituto venit cum fratribus ad nuptias. Hercules intervenit et Centaurum interfecit, suam speratam abduxit. [Item, aliis in nuptiis. Pirithous Hippodamiam Adrasti filiam cum uxorem duceret, vino pleni Centauri conati sunt rapere uxores Lapithis. eos centauri multos interfecerunt, ab ipsis* interierunt.]

XXXIIII Nessus

Nessus Ixionis et Nubis filius Centaurus rogatus ab Deianira ut se flumen Euenum transferret †quam *sublatam in flumine ipso violare voluit. Hoc Hercules cum intervenisset et Deianira eius

---

1 euristheo F corr Comm 3. 5 theremachum F corr Mu 3. 6 ophiten F |*Di*|*opithen* corr Σ coll. anonymo ap. Westermann paradox. p. 219; cf. fab. XXXI. CLXII 7 scoelus F corr Comm

17. 18 Deianiram insperate suo matrimonio copulavit myth. Vat. II 162 18 perythous F *perithous* Comm 20 *'eorum'* coni Bu ‖ *ab ipsis* |*Lapithis*| coni Σ ‖ 18—21 singulare caput constituunt, quod inscriptum erat: item, aliis in nuptiis. 23 euhenum F

fidem implorasset Nessum sagittis confixit. Ille moriens, cum sciret sagittas hydrae Lernaeae felle tinctas quantam vim haberent veneni, sanguinem suum exceptum Deianirae dedit et id philtrum esse dixit: si vellet ne se coniunx sperneret, eo iuberet vestem eius perungi. id Deianira credens conditum diligenter servavit.

XXXV Iole

Hercules cum Iolen Euryti filiam in coniugium petiisset |et| ille eum repudiasset Oechaliam expugnavit. qui ut a virgine rogatur parentes eius coram ea *interficere velle coepit. illa animo pertinacior parentes suos | ante se necari est perpessa. quos omnes cum interfecisset Iolen captivam ad | Deianiram praemisit.*

XXXVI Deianira

Deianira Oenei filia Herculis uxor cum vidit Iolen virginem capti|vam eximiae formae esse adductam verita est ne se coniugio priva|ret. itaque memor Nessei praecepti, vestem tinctam centauri | sanguine Herculi qui ferret, nomine Licham famulum misit. | inde paulum, quod in terra|m| deciderat et id sol attigit, ar|dere coepit. *Quod Deianira ut vidit, aliter esse ac Nessus dixerat* | intellexit et qui revocaret eum cui vestem dederat misit. Quam Hercules iam induerat statimque flagrare coepit. qui cum se in flumen coniecisset ut ardorem exstingueret maior flamma exibat, demere autem cum vellet viscera sequebantur. Tunc Hercules Licham qui vestem attulerat 'rotatum' in mare iaculatus est, qui quo loco cecidit petra nata est quae Lichas appellatur. Tunc dicitur Philoctetes Poeantis filius pyram in monte Oetaeo construxisse Herculi eumque accendisse mortalitatem. ob id beneficium Philocteti Her-

---

2 lerneae F corr Comm

XXXV forte Dosith. p. 67 ubi codex 'de aeole' (sic) 6 |*et*| Bu ‖ ille F *illa* Sch 7 |*pro*|*rogatur* coni Σ 8. 9 PERTINACIOR . . . PARENTES codex cum antiqua rasura 9 SĒ codex ‖ omnes] cf. LXIIII 6

11. 12 UIRGINĒ CAPTIUĀ codex 12 ADDUCTĀ cod ‖ SĒ codex 13 NESSEI PRAECEPTI codex Heinsius, nessi praeceptis F ‖ UESTĒ TINCTĀ codex 14 LIHAM FAMULŪ codex licham famulum F 15 PAULŪ codex paululum F ‖ TERRA codex terram F ‖ ET ID codex F *ut id* coni Sch 16 DEIANIRAUT codex cum deianira F 20 Lichan F 21 'rotatum' Ovid. Met. IX 217 23 oeteo F corr Mu 24 ascen-

cules arcus et sagittas donavit. Deianira autem ob factum Herculis ipsa se interfecit.

XXXVII Aethra

Neptunus et Aegeus Pandionis filius in fano Minervae cum Aethra Pitthei filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natum esset Aegeo concessit. Is autem postquam a Troezene Athenas redibat ensem suum sub lapide posuit et praecepit Aethrae, *ut tunc eum ad se mitteret cum posset eum lapidem allevare et gladium patris tollere. ibi fore indicium cognitionis filii. Itaque postea Aethra peperit Theseum. Qui ad puberem aetatem cum pervenisset, mater praecepta Aegei indicat ei lapidemque ostendit ut ensem tolleret, et iubet eum Athenas ad Aegeum proficisci *eosque qui itinera infestabant[ur] omnes occidit.*

XXXVIII Thesei labores

*Corynetem *armis occidit. Pityocamptem |Neptuni filium|. qui iter | gradientes cogebat, ut secum arborem pinum ad terram | flecterent. quam qui cum eo prenderat ille eam viribus mis|sam faciebat: ita ad terram graviter elidebatur et periebat. hunc interfecit.* Procrustem Neptuni filium. ad hunc hospes cum venisset si longior erat minori lecto proposito reliquam corporis partem praecidebat, sin autem brevior statura erat lecto longiori dato incudibus suppositis extendebat eum usque dum lecti longitudinem aequaret. hunc interfecit. Scironem. qui ad mare loco quodam praerupto sedebat et, qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lavare et

---

disse F corr Comm 1 *fatum* coni Heinsius

XXXVII] inter hanc et praecedentem inferendae essent XLV. XLVI, si constaret auctorem temporis rationem habere voluisse 3 egeus F corr Comm 4 pithei F corr Mu 5 egeo F corr Comm 8 *|id s|ibi* coni Σ ‖ ITAQ; codex 9. 10 qui cum ad puberem aetatem pervenisset F 11 EGEUM codex F corr Comm 11. 12 eosque omnes qui F *eosque qui illic tum* Comm 12 ITINERIINFESTABANTUR codex F *itinera infestabant* Sch Halm *'itiner'?*

XXXVIII THESĒI codex 13 initium capitis fuisse videntur verba: 'eos[que] qui itinera infestabant[ur] omnes occidit' ‖ CORINETEMNEPTUNIFILIUM codex F *corynetem Neptuni filium* Comm: imo 'Vulcani filium' ‖ PITHIOCAMPTĒ codex pithyocampten F corr Comm ‖ Neptuni filium trai. Bu 15 *prenderat*, *iniquam viribus* Unger Sinid. p. 49 16 PERIEBAT cod peribat F

ita in mare praecipitabat. hunc Theseus pari leto in mare deiecit, ex quo Scironis petrae sunt dictae. Cercyonem Vulcani filium armis occidit. Aprum qui fuit Cremmyone interfecit. Taurum qui fuit Marathone, quem Hercules a Creta ad Eurystheum adduxerat, occidit. Minotaurum oppido Gnosi occidit.

XXXVIIII Daedalus

Daedalus Eupalami filius, qui fabricam a Minerva dicitur accepisse, Perdicem sororis suae filium propter artificii invidiam, quod is primum serram invenerat, summo tecto deiecit. ob id scelus in exilium ab Athenis Cretam ad regem Minoem abiit.

XXXX Pasiphae

Pasiphae Solis filia uxor Minois sacra deae Veneri[s] per aliquot annos non fecerat. ob id Venus amorem infandum illi obiecit, ut taurum illa amaret. In hoc Daedalus exul cum venisset, petiit ab eo auxilium. is ei vaccam ligneam fecit et verae vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro |quem ipsa amabat| concubuit. ex quo compressu Minotaurum peperit capite bubulo parte inferiore humana. tunc Daedalus Minotauro labyrinthum inextricabili exitu fecit in quo est conclusus. Minos re cognita Daedalum in custodiam coniecit. at Pasiphae eum vinculis liberavit. Itaque Daedalus pennas sibi et Icaro filio suo fecit et accommodavit et inde avolarunt. Icarus altius volans, a sole cera calefacta, decidit in mare quod ex eo Icarium pelagus est appellatum. Daedalus pervolavit ad regem Cocalum in Siciliam. — Alii dicunt: Theseus cum Minotaurum occidit Daedalum Athenas in patriam suam reduxit.

---

1 laeto F corr Comm 2 cercionem F 3 cremione F corr Σ 4 euristheum F corr Comm 5 |*in*| *oppido* coni Bu

XXXVIIII περὶ δαιδάλου. de Daedalo Dositheus p. 66 6 euphemi F corr Mic. i. m 8 scoelus F corr Comm

XL et 10. 18 pasiphe F corr Mic. m ‖ *veneri* Mu 12 taurum quem ipsa amabat alia amaret F, in quo teste Micyllo h. l. 'erasa quaedam et alia superinducta ut dubium non sit quin verbis his mendum aliquod insit'. Scripsi '*illa*' pro '*alia*' et reliqua post 'cum tauro' retraxi 13 ea F corr Sch 15 compresso F corr Sch 21 icareum F corr Comm ‖ Dosith. p. 67 περὶ μινωταύρου. de minotauro, qui utrum hanc fabulam an XLII expresserit incertum

XXXXI Minos

Minos Iovis et Europae filius cum Atheniensibus belligeravit, cuius filius Androgeus in pugna est occisus. qui posteaquam Athenienses vicit, vectigal Minois esse coeperunt. instituit autem ut anno unoquoque septenos liberos suos Minotauro ad epulandum mitterent. Theseus posteaquam a Troezene venerat et audiit quanta calamitate civitas afficeretur voluntarie se ad Minotaurum pollicitus est ire. quem pater cum mitteret praedixit ei ut si victor reverteretur vela candida in navem haberet: qui autem ad Minotaurum mittebantur velis atris navigabant.

XXXXII Theseus apud Minotaurum

Theseus posteaquam Cretam venit ab Ariadne Minois filia est adamatus, adeo ut fratrem proderet et hospitem servaret: ea enim Theseo monstravit labyrinthi exitum. quo Theseus cum introisset et Minotaurum interfecisset Ariadnes monitu licium revolvendo foras est egressus, eamque quod fidem illi dederat in coniugio secum habiturus avexit.

XXXXIII Ariadne

Theseus in insula Dia tempestate retentus cogitans si Ariadnen in patriam portasset sibi opprobrium futurum, itaque in insula Dia dormientem reliquit. quam Liber amans inde sibi in coniugium abduxit. Theseus autem cum navigaret oblitus est vela atra mutare: itaque Aegeus pater eius credens Theseum a Minotauro esse consumptum in mare se praecipitavit, ex quo Aegeum pelagus est dictum. Ariadnes autem sororem Phaedram Theseus duxit in coniugium.

XXXXIIII Cocalus

Minos quod Daedali opera multa sibi incommoda acciderant in Siciliam est eum persecutus petiitque a rege Cocalo ut sibi red-

---

3 vectigal Minois esse F *vectigales* [*Minois*] *esse* Sch *vectigales Minoi esse* Bu
8 navem F navi Mic. i. m
15 *habiturus secum?*
XLIII ariadnes F corr Comm 16 ariadnem F corr Comm

deretur. cui cum Cocalus promisisset et Daedalus rescisset ab regis filiabus auxilium petiit. illae Minoem occiderunt.

XXXXV Philomela

Tereus Martis filius Thrax cum Prognen Pandionis filiam in coniugium haberet, Athenas ad Pandionem socerum venit rogatum, ut Philomelam alteram filiam sibi in coniugium daret: Prognen suum diem obisse dicit. Pandion ei veniam dedit Philomelamque et custodes cum ea misit: quos Tereus in mare iecit Philomelamque invitam in monte* compressit. Postquam autem in Thraciam redit Philomelam mandat ad Lynceum regem, cuius uxor † Laethusa quod Prognae fuit familiaris statim pellicem |Terei| ad eam deduxit. Progne cognita |re cum| sorore impium facinus pari consilio machinari coeperunt |et| regi talem gratiam referre. Interim Tereo ostendebatur in prodigiis Ity filio eius mortem a propinqua manu adesse. quo responso audito cum arbitraretur Dryantem fratrem suum filio suo mortem machinari fratrem Dryantem insontem occidit. Progne autem filium Itym ex se et Tereo natum occidit patrique in epulis apposuit et cum sorore profugit. Tereus facinore cognito fugientes cum insequeretur, deorum misericordia factum est, ut Progne in hirundinem commutaretur, Philomela in lusciniam: Tereum autem accipitrem factum dicunt.

XXXXVI Erechtheus

Erechtheus Pandionis filius habuit filias quatuor, quae inter se coniurarunt: si una earum mortem obisset, c[a]eterae se interficerent. In eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas venit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret. is victus

---

1 *et id?* ‖ hanc fabulam subsequebatur XLVII

LXV] cf. XXXVII 8 in vitam in montem F inventam in monte F p. 7 *invitam in monte* Comm 9 redit F 10 progne F *Procnae* Mu ‖ pellicem ad F corr Σ 11 |*re cum*| in F om. add Σ ‖ sorore et Terei impium F [*cognita*] *cum sororem et Terei impium facinus* |*cognovisset pari* coni Lange p. 31 corr Σ 12 |*et*| om F add Σ ‖ *fatalem?* 13 ity F Neue Formenl. I p. 309 14 driantem F corr Mu 15 driantem F corr. Mu 16 Ityn Virg. Ovid. sed Itym Propert. IV (III) 10, 10 Neue Formenl. I p. 323

XLVI erichtheus F em Mu (ubique) 22 *se* |*ipsae*| coni Σ

cum exercitu cum esset ab Atheniensibus interfectus, Neptunus, ne filii sui morte Erechtheus laetaretur, expostulavit ut eius filia Neptuno immolaretur. itaque Chthonia filia cum esset immolata, c[a]eterae fide data se ipsae interfecerunt. ipse Erechtheus ab Iove Neptuni rogatu fulmine est ictus.

XXXXVII Hippolytus

Phaedra Minois filia Thesei uxor Hippolytum privignum suum adamavit. Quem cum non potuisset ad suam perducere voluntatem tabellas scriptas ad virum suum misit se ab Hippolyto compressam esse seque ipsa suspendio necavit. [et] Theseus re audita filium suum moenibus excedere iussit et optavit a Neptuno patre filio suo exitium. Itaque cum Hippolytus equis iunctis veheretur, repente e mari taurus apparuit, cuius mugitu equi expavefacti Hippolytum distraxerunt vitaque privarunt.

XXXXVIII Reges Atheniensium

Cecrops Terrae filius
Erichthonius Vulcani filius
Pandion Erichthonii filius
Erechtheus Pandionis filius
Cephalus Deionis filius
Aegeus Pandionis filius
Theseus Aegei filius
Demophon Thesei filius

LXVI Laius

Laio Labdaci filio ab Apolline erat responsum, de filii sui manu mortem ut caveret. Itaque Iocasta Menoecei filia uxor eius cum peperisset, iussit exponi. Hunc Periboea Polybi regis uxor cum vestem ad mare lavaret expositum sustulit Polybo sciente.

---

3 otionia F corr Meursius

6 phedra F corr Comm 9 [*et*] secl. Sch 10 manibus excidere F *moenibus* Sch *excedere* Mic. m 11 exitum F corr Mic. m 13 *traxerunt* Serv. Virg. Aen. VII 761 ‖ hanc fabulam excepisse fab. LVIIII Bursiani opinio est l. c. p. 777

14 deiones F corr Mu *deionei* coni Mic 15 'erychthonius Vulcani filius' in F post l. 16 'Aegei filius' posita trai. Σ ‖ agoreus F corr Sch 16 erechthonii F corr Comm ‖ cf. l. 15 17 erichtheus F corr Mu ‖ dedophon F corr Mic ‖ Bursianus IIB XCIII p. 777 duos coaluisse regum ordines suspicatus est 1) Cecrops, Cephalus 2) Erichthonius Pandion I Erechtheus |Cecrops Pandion II| Aegeus Theseus Demophon. Idem p. 778 totum caput aliunde illatum censet.

LXVI] cf. fab. V—XI 18 labdacis F corr Mu 19 menyci F corr Mu

|quem| quod orbi erant liberis pro suo educaverunt eumque quod pedes transiectos haberet Oedipum nominaverunt.

LXVII Oedipus

Postquam Oedipus Lai et Iocastes filius ad puberem aetatem pervenit, fortissimus praeter c[a]eteros erat, eique per invidiam aequales obiiciebant, eum subditum esse Polybo, eo quod Polybus tam clemens esset et ille impudens. quod Oedipus sensit non falso sibi obiici. itaque Delphos est profectus sciscitatum de ..... in prodigiis ostendebatur, mortem ei adesse de nati manu. idem cum Delphos iret, obviam ei Oedipus venit. quem satellites cum viam regi dari iuberent, neglexit. rex equos immisit et rota pedem eius oppressit: Oedipus iratus inscius patrem suum de curru detraxit et occidit. Laio occiso Creon Menoecei filius regnum occupavit. Interim Sphinx Typhonis in Boeotiam est missa, quae agros Thebanorum vexabat. ea regi Creonti simultatem constituit, si carmen quod posuisset aliquis interpretatus esset, se inde abire: si autem datum carmen non solvisset, eum se consumpturam dixit, neque aliter de finibus excessuram. Rex re audita per Graeciam edixit, qui Sphingae carmen solvisset, regnum se et Iocasten sororem ei in coniugium daturum promisit. cum plures 'regni | cupidine' venissent et *a Sphinge essent consumpti, Oedipus* | Lai filius venit et *carmen est interpretatus. illa se prae*|cipitavit: Oedipus *regnum paternum et Iocasten matrem* | inscius accepit uxo*rem ex qua procreavit Eteoclen et Poly*|nicen Antigonam et Ismen*en*. [*Interim Thebis sterilitas frugum et penuria* | incidit ob Oedipodis scelera,

---

1 |*quem*| excidisse coni. Σ

3 *Laii* editiones 5 *obiciebant* Σ 6 *esset atque?* 7 *obici* Σ ‖ defectum indicavit Mic. i. m. ac videntur fere LII literae deesse. Conicio: |*parentibus suis. Sub eodem tempore Laio Labdaci filio*| 12 menyci F corr Staveren 14 creonti] Neue Formenl. I. p. 150 18 sphingae F sphingis Mic sed Sphinga Augustin. CD XVIII 13 sphingarum Sidon. Ap. ep. V 7 ap. Neue Formenl. I p. 333 19 *daturum. Promissi cum* Sch ‖ *cupidine regni* Stat. Theb. II 116 20 *laii* Comm 21 INTERPRETATUSEST fragmentum Niebuhrii 22 IOCASTEN fr Nieb iocastam F 23 ETEOCLEN fr Nieb etheoclen F ‖ [ismen]EN fr. Nieb ismenam F 24 INCIDITTHEBISSTERILITASETPESTILEN| fr. Nieb interim Thebis sterilitas frugum et penuria incidit F *sterilitas et penuria frugum* (fab. II) *pestilentiaque* coni Σ ‖ 23—3 p. 74 'interim ... praecipitavit' ab interpolatore sunt et per se inepta

interrogatusque Tiresias quid ita Thebae vexarentur respondit: si quis ex Draconteo genere superesset et pro patria interiisset* pestilentia liberaturum. tum Menoeceus Iocastae pater se de muris praecipitavit.] Dum haec Thebis geruntur Corintho Polybus decedit. quo audito Oedipus moleste ferre coepit existimans patrem suum obisse. cui *Periboea* de eius suppositione palam fecit. †id *itemales senex qui eum ex* | posuerat ex pedum cica*tricibus* et talorum *agnovit Lai filium esse.* | Oedipus re audita postquam vidit se tot scelera nefaria fecisse ex veste matris fibulas detraxit et se luminibus privavit regnumque filiis suis alternis annis tradidit et a Thebis Antigona filia duce profugit.

LXXI[b] Polynices LXVIII

Polynices Oedipodis filius anno peracto regnum ab Et[h]eocle fratre* Adrasto Talai filio adiutore

Polynices Oedipodis filius anno peracto regnum ab Eteocle fratre* repetit: ille cedere noluit.

1—6 om fr Nieb. in quo exitus capitis hic est: INTERIMERIBOEAPOLYBIREGISVXOR
. . . . . UERATSICYONETHEBASUENIT . . QUEOE
. . . . . E . ITEMMOENETESSENEXQUIEUM . .
. . . . . TRICEMCOGNOUITLAIFILIUMESSEDIXIT
(plicatura) lin. 10 . . . . . SCELERE . . . . . AUDIENS
5 *moeste?* ‖ aestimans F 6 ERIBOEA fr Nieb Periboea F 7 COGNOVIT fr Nieb
8 ESSE DIXIT fr. Nieb ‖ *Laii* Comm

LXXI[b] et LXVIII POLYNICESOEDIPODISFILIUSANNOPERACT . . . . . .
(plicatura) 10 TREPATERNUM . . . . ILLECE . . . E . . LUIT . . . . .
UENITIBICAPANEUSQUODCONTRA . . . . . .
SECAPTURUMDIXITCUMMURUMASC . . . . . .
SUSESTAMPHIARAUS . . . . . .
DEPUGNANTESALIUSALIUMINTERFECER . . . . . .
15 PARETURETSIUENTUSUEREMENSEST . . . . . .
INUNAMPARTEMUERTITSEDSEINDUAS . . . . . .
THEBASOPPUGNARENTETTHEBANUS . . . . . .

fr. Nieb. in quo inter lin. 10 et 11 propter homoeoteleuton unam lineam periisse manifestum est. archetypus habebat:

polynices oedipodis filius anno peract|o regnum ab Eteocle fra
tre paternum |repetit| ille cedere noluit |itaque polynices Adra|
|sto rege adiuvante cum septem ductoribus Thebas oppugnatum|
venit et q. s

13 *fratre* |*paternum*| Σ 14 *adiutore* 13 etheocle F corr Comm
verum videtur

repetit cum septem ductoribus, et Thebas oppugnarunt. Ibi Adrastus beneficio equi profugit*. Capaneus contra Iovis voluntatem Thebas se capturum dixit, et cum murum ascenderet fulmine ab Iove est percussus. Amphiaraus cum quadriga terra est devoratus. Eteocles et Polynices inter se pugnantes alius alium interfecerunt His inferiae communes cum fiunt Thebis,
fumus separatur,
quod alius alium interfecerunt.
[reliqui perierunt.]

itaque Polynices Adrasto rege adiuvante cum septem ductoribus Thebas oppugnatum venit. [Ibi* Capaneus quod contra Iovis voluntatem Thebas se capturum diceret cum murum ascenderet, fulmine* est percussus. Amphiaraus* terra est devoratus. Eteocles et Polynices inter se pugnantes alius alium interfecerunt. His cum Thebis parenta[re]tur etsi ventus vehemens es[se]t, tamen fumus se nunquam in unam partem convertit, sed alius alio seducitur. C[a]eteri] cum Thebas oppugnarent et Thebani rebus suis diffiderent, Tiresias Eueris filius augur praemonuit, si ex dracontea progenie aliquis interiisset, oppidum ea clade liberari. Menoeceus cum vidit se unum civium salutem posse redimere |de| muro se praecipitavit. Thebani victoria sunt potiti.

LXXII Antigona

Creon Menoecei filius edixit ne quis Polynicen aut qui una

---

3 *profugit |reliqui perierunt|* coni. Σ coll lin 15 9 etheocles F corr Comm 15 'reliqui perierunt' post profugit lin 3 trai. Σ 2 *adiutore* malit Σ 3 'ibi . . . 15 ceteri' interpolatoris sunt, Hyginus scripserat: 'venit. Qui cum Thebas et q. s' ‖ *Ibi |Adrastus beneficio equi profugit. reliqui perierunt.| Capaneus* coni Σ 8 etheocles F corr Comm 11 parentaretur F corr Barth 12 esset F corr Niebuhr 16 regibus F corr Wopkens 16. 17 thebanus . . diffideret Niebuhr 17 euri F corr Mu 21 menyeus F corr Mu 23 |de| Bu

25 menoetii F corr Mu

venerunt sepulturae traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia coniunx clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra qua Eteocles sepultus est imposuerunt. quae cum a custodibus deprehensae essent Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. ille eam Haemoni filio cuius sponsa fuerat dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit et Antigonam ad pastores demandavit, ementitusque est se eam interfecisse. Quae cum filium procreasset et ad puberem aetatem venisset, Thebas ad ludos venit. hunc Creon rex, quod ex draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. cum Hercules pro Haemone deprecaretur ut ei ignosceret non impetravit. Haemon se et Antigonam coniugem interfecit. at Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in coniugium: ex qua nati sunt Therimachus et Diopithes.

LXVIIII Adrastus

Adrasto Talai et Eurynomes filio responsum ab Apolline fuit, eum filias suas Argiam et Deipylam apro et leoni daturum in coniugium. [Sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius expulsus ab Eteocle fratre ad Adrastum devenit et Tydeus simul Oenei et Periboeae captivae filius a patre, quod fratrem Menalippum in venatione occiderat [fere sub eodem tempore venit.]] Quod cum satellites

---

1 traderent F corr Mu 3 etheocles F corr Comm 4 depraehensae F corr Comm 8 et] *isque* Barth ‖ *quae postea ex eo filium procreavit. qui cum ad* coni Σ 9 venisset] *eduxisset* Lange p. 31 10 dracontea F corr Comm 14 theremachus F corr Bu ‖ Ophites F imo *|Di|opithes* ex anonymo ap. Westerm. parad. graec. p. 219, 9 ‖ cf. Henr. Heydemann über eine nacheuripideische Antigone Berl. 1868. 4, et CSchenkl in Z. f. ö. G. 1869 p. 540

LXVIII . . . . . ADRASTUSTALAIFILIUSHABUIT
. . . . . HUICABAPOLLINERESPONSUMFUIT
. . . . . DATURUMQVODTYDEUSOENEIFILIUS
. . . . . DFRATREMMENALAIPPUMINUENANDO
l. 15 . . . . . ATECTUSADADRASTUMUENITEODEMTEM
. . . . . DISFILIUSCUMABETEOCLEFRATREEREGNO
. . . . . ONISOPERTUSUENIT . HOSADRASTUSCUMV .
l. 1 DITMEMORSORTISARGIAMPOLYNICI . . . . . GIUMDEDIT fr Nieb. p. 106 16 deiphilam F arg. Stat. Theb. II 7 corr Mu 18 etheocle F corr Comm

Adrasto nunciassent duos iuvenes iucognita veste venisse unus enim aprinea pelle opertus alter leonina tunc Adrastus memor sortium suarum iubet eos ad se perduci atque [ita] interrogavit quid ita hoc cultu in regna sua venissent. Cui Polynices indicat se a Thebis [venisse et iccirco se pellem leoninam operuisse quod Hercules a Thebis] genus ducere[t] et insignia gentis suae secum portare[t.] Tydeus autem dicit se Oenei filium esse et a Calydone genus ducere [ideo pelle aprinea se opertum significans aprum Calydonium.] Tunc rex responsi memor Argiam maiorem dat Polynici ex qua nascitur Thersander, Deipylam minorem dat Tydeo ex qua nascitur Diomedes qui apud Troiam pugnavit. At Polynices rogat Adrastum, ut sibi exercitum commodaret ad paternum regnum recuperandum a fratre: cui Adrastus non tantum exercitum dedit, sed etiam ipse cum aliis* ducibus profectus est, quoniam Thebae septem portis claudebantur. Amphion enim qui Thebas muro cinxit septem filiarum †nomine portas constituit. [hae autem fuerunt: Thera Cleodoxe Astynome Astycratia Chias Ogygia Chloris.]

LXX Reges septem Thebas profecti

Adrastus Talai filius
ex Eurynome Iphiti filia Argivus

Capaneus Hip|p|onoï filius
ex Astynome Talai filia sorore Adrasti Argivus

Amphia*raus Oeclei |filius|*
vel ut alii au|c|tores dicunt Apollinis

ex Hyperm|n|estra Thestii filia Pylius

*Polynices Oedi*podis filius
ex Iocasta Menoecei filia Thebanus

Hippomedon |M|nesimachi filius
ex †Mythidice Talai filia sorore Adrasti Argivus

---

2 *opertus Micyllus 3 *ita* seclusit Bunte 5 *idcirco* Comm ‖ *pelle leonina* Mic 6 portaret F corr Sch 7 calidone F corr Comm 8 calidonium F corr Comm 10 deiphilam F corr Mu 13 *aliis* |*sex*| coni Sch 15 *fidium numero?* 16 Lerta Eudoxe Siboë f. XI 17 oggygia F

LXX ADRASTUSTALAIFILIUSCAPANEUSHIPPO . . . . . .
RAUSOECLEIFILIUSPOLYNICESOEDI . . . . . .
5 EIFILIUSPARTHENOPAEUSATALANTES . . . . . fr Nieb p. 107 18 hiponoi F 21 oeclei] ut LXXIII. CXXVIII. CCL ‖ |*filius*| Σ 22 hypermnestra Bu 24 nesimachi F et schol. Statii Theb. I 44 *nausimachi* coni Niebuhr corr Σ 26 me-

Tydeus Oenei *filius* ex Periboea captiva Calydonius

Parthenopaeus Meleagri filius ex *Atalanta* Iasii filia ex monte Parthenio Arcas

Hi omnes duces apud Thebas perierunt praeter Adrastum Talai filium: is enim equi beneficio ereptus est. qui postea filios eorum armatos ad Thebas expugnandas misit ut iniurias paternas vindicarent eo quod insepulti iacuerant Creontis iussu, qui Thebas occuparat, fratris Iocastes.

LXXI[a] Septem epigoni id est filii

Aegialeus Adrasti filius ex Demo[a]nassa Argivus. hic solus periit ex septem, qui exierant: quia pater ex |septem s|uperaverat pro patre vicariam vitam dedit. Ceteri sex victores redierunt: Thersander Polynicis filius ex Argia Adrasti filia Argivus** Alcmaeon Amphiarai filius ex Eriphyle Talai filia Argivus, Polydorus Hippomedontis filius ex Euanippe Elati filia Argivus, † Thesimenes Parthenopaei filius ex Clymene nympha Nysius.

LXXIII Amphiaraus Eriphyla et Alcmaeon

Amphiaraus Oeclei et Hyperm|n|estrae Thestii filiae filius augur, qui sciret si ad Thebas oppugnatum isset se inde non rediturum, itaque celavit se conscia Eriphyle coniuge sua Talai filia. Adrastus

---

noetii F corr Mu ‖ *Euthydice* Σ 1 meleagri filius ex Atalanta F ATALANTES . . . . . fr Nieb 2 calidonius F corr Comm 3 partheno F *parthenio* Mu

LXXI AEGIALEUSADRASTIFILIUSPOLYDORUSHI . . . . . .

NELUSCAPANEIFILIUSALCMAEONAMPH . . . . . .

8 POLYNICESFILIUSBIANTESPARTHENOP . EI . . . fr Nieb. h. e:

Aegialeus Adrasti filius |Sthe|nelus Capanei filius

Alcmaeon Amph|iarai filius|

hersander| Polynicis filius Polydorus Hi|ppomedontis filius|

<|Diomedes Tydei filius|> Biantes Parthenop|a|ei |filius|

|9 Demoanassa F corr Mu 10 exuperaverat F corr Sch 11 caeteri F 12 lacunam indicavit Σ exciderunt haec: 'Diomedes Tydei filius ex Deipyle Adrasti filia Argivus, Sthenelus Capanei filius ex Euadne † Philacis filia Argivus' 13 euriphyle F corr Comm 13. 14 polydorus . . . elati filia argivus, alcmaeon . . . talai filia argivus F trai. Σ 14 BIANTES fr Nieb thesimenes F Promachus Paus II 20, 5 14. 15 parthenopei . . . clymene F corr Comm

LXXIII eriphyle index 16 hypermestrae F 17 *quum sciret* Mic

autem ut eum investigaret monile aureum ex gemmis fecit et muneri dedit sorori suae Eriphylae, quae doni cupida coniugem prodidit. Amphiaraus Alcmaeoni filio suo praecepit, ut post suam mortem poenas a matre exequeretur. qui postquam apud Thebas terra est devoratus, Alcmaeon memor patris praecepti Eriphylen matrem suam interfecit. quem postea furiae exagitarunt.

LXXIIII Hypsipyle

Septem ductores qui Thebas oppugnatum ibant devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle Thoantis filia in servitute puerum Archemorum sive Ophelten Lyci regis filium nutriebat. cui responsum erat, ne in terra puerum deponeret, antequam posset ambulare. ergo ductores septem, qui Thebas ibant, aquam quaerentes devenerunt ad Hypsipylen eamque rogaverunt, ut eis aquam demonstraret. illa timens puerum in terram deponere apium altissimum † erat ad fontem, in quo puerum deposuit. quae dum aquam eis tradit, draco fontis custos puerum exedit. at draconem Adrastus et c[a]eteri occiderunt et Lycum pro Hypsipyle deprecati sunt ludosque puero funebres instituerunt, qui quinto quoque anno fiunt, in quibus victores apiacam coronam accipiunt.

LXXV Tiresias

In monte Cyllenio Tiresias Eueris filius pastor dracones venerantes dicitur baculo percussisse alias calcasse. ob id in mulieris figuram est conversus. postea monitus a sortibus in eodem loco dracones cum calcasset redit in pristinam speciem. eodem tempore inter Iovem et Iunonem fuit iocosa altercatio, quis magis de re venerea voluptatem caperet, masculus an f[o]emina: de qua re Tiresiam iudicem sumpserunt qui utrumque erat |sexum| expertus. is cum secundum Iovem iudicasset, Iuno irata † manu aversa eum ex-

---

LXXIII hyosipyle index 9 ophiten F corr Mu 13 terram F *terra* coni Bu 14 'erat' suspectum, *observat?*

19 eurimi F *eueris* Mu *pericli* schol. Stat. Theb. II 95 p. 48 ‖ dracones coeuntes calcasse dicitur schol. l. c. p. 49 ex Ovid. Met. III 324 21 uersus, ut ovidius refert. schol. l. c. p. 49 ‖ in eundem locum *rediit schol. l. c ex Ovid. l. c. 331 22 'eo' idem 25 |sexum| om. F accessit e schol l. c 26 irata manus eius praecidit et excaecavit schol l. c. mythogr. Vat. II 84

caecavit. at Iovis ob id fecit ut septem aetates viveret vatesque praeter c[a]eteros mortales |veracissimus| esset.

LXXVI Reges Thebanorum

Cadmus Agenoris filius
Polydorus Cadmi
Pentheus Echionis
*
Lycus Neptuni
Labdacus Polydori
Zet(h)us Iovis
Amphion Iovis
Laius Labdaci
Creon Menoecei
Oedipus Lai
Polynices Oedipi
Et[h]eocles Oedipi

LXXVII Leda

Iupiter Ledam Thestii filiam in cygnum conversus ad flumen Eurotam †compressit et ex eo peperit Pollucem et Helenam; ex Tyndareo autem Castorem et Clytemnestram.

LXXVIII Tyndareus

Tyndareus Oebali filius ex Leda Thestii filia procreavit Clytemnestram et Helenam. Clytemnestram Agamemnoni Atrei filio dedit in coniugium. Helenam propter formae dignitatem complures ex civitatibus in coniugium proci petebant. Tyndareus cum †repudiaret filiam suam Clytemnestram ab Agamemnone vereretur timeretque ne quid ex ea re discordiae nasceretur monitus ab Ulixe iureiurando eos obligavit et |in| arbitrio Helenae posuit, ut cui vellet nubere coronam imponeret. Menelao imposuit. [ut] cui Tyndareus eam dedit uxorem regnumque moriens Menelao tradidit.

---

2 |veracissimus| haberetur schol l. c. mythogr. l. l

LXXVI . . . *Eteocles Oedipi* secl. Bursian IIB XCIII p. 778, qui ordinem paulo aliter constituere conatus est 5 menoetii F corr Mu 6 *Philol. Gotting. XXV p. 422 ‖ Lai F *Laii* uulgo 7 polynices oedipi lycus neptuni F trai Σ 8. 9 etheocles oedipi zetus iovis labdacus polydori F trai Σ ‖ *eteocles* Comm *zethus* Mu

LXXVII περὶ λήδας. de Leda Dositheus p. 67 11 *compressit. quae* Mic. i. m. *cum compressisset, ex* Σ 12 *clytaemnestram* ubique Staveren

15. 16. *ex vicinis civitatibus* malit Bu *ex divitibus?* 17 |*et*| *ab* Comm ‖ repudiatum iri (?) aut 'cum vereretur, filiam suam Clytemnestram [ab] Agamemno ne repudiaret' Σ 18 ulyxe F corr Bu 19 se obligavit F *eos obligavit* Σ ‖ |*in*| adi. Mu 20 [*ut*] secl. Sch 21 *Menelao* secl. Mu

LXXIX Helena

Theseus Aegei et Aethrae Pitthei filiae filius cum Pirithoo Ixionis filio Helenam Tyndarei et Ledae filiam virginem de fano Dianae sacrificantem rapuerunt et detulerunt Aphidnas in pagum Atticae regionis. — Quod Iovis eos cum vidisset tantam audaciam habere, ut se ipsi ad periculum offerrent, in quiete eis imperavit, ut peterent ambo a Plutone Pirithoo Proserpinam in coniugium. qui cum per † insulam Taenariam ad inferos descendissent et de qua re venissent indicarent Plutoni, a furiis strati diuque lacerati sunt. quo Hercules ad canem tricipitem ducendum cum venisset, illi fidem eius implorarunt. qui a Plutone impetravit eosque incolumes eduxit. — Ad Helenam *Castor et Pollux fratres belligerarunt et Aethram Thesei matrem et † Phisadiem Pirithoi sororem ceperunt et in servitutem sorori dederunt.

LXXX Castor

Idas et Lynceus Apharei filii ex Messenis habuerunt sponsas Phoeben et |Hi|lairam Leucippi filias. hae autem formosissimae virgines cum essent et esset Phoebe sacerdos Minervae |Hi|laira Dianae, Castor et Pollux amore incensi eas rapuerunt. Illi amissis sponsis arma tulerunt, si possent eas recuperare. Castor Lynceum in praelio interfecit. Idas amisso fratre omisit bellum et [sponsam] coepit fratrem sepelire. cum ossa eius collocaret in pila, intervenit Castor et prohibere coepit monumentum fieri, quod diceret se eum quasi f[o]eminam superasse: Idas indignans gladio quo cinctus erat Castori inguina traiecit. Alii dicunt, quemadmodum aedificabat pilam, super Castorem impulisse et sic interfectum. Quod cum annunciasset Polluci, accurrit et Idam uno praelio superavit corpusque fratris recuperatum sepulturae dedit. Cum autem ipse stellam ab Iove accepisset et fratri non esset data, ideo quod diceret Iovis,

---

3 athenas F corr Mu 7 *insulam* suspectum || tenaream F corr Comm 8 *prostrati* Mic. i. m 10. 11 *eduxit ad helenam: Castor* vulgo *eduxit. Ob Helenam Castor* coni Mu 11 *Helenam |autem recuperandam| Castor* coni Σ 12 Thisadie fab. XCII 16 14 *Messenis* suspectum Σ 15 lairam F *Ilairam* Mic *Hilairam* Bu 16 laira F *Ilaira* Mic *Hilaira* Bu 19 *sponsam* secl. Σ 20 *coepitque* Comm 24 *sic |cum|* Σ || *annunciassent* Sch *annunciatum esset* Σ

Castorem semine Tyndarei et Clytemnestram natos, ipsum autem et Helenam Iovis esse filios, tunc deprecatus Pollux ut liceret ei munus suum cum fratre communicare. cui permisit, ideoque dicitur 'alterna morte redemptus'. Unde etiam Romani servant institutum: cum desultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, |de| equo in equum transilit, quod ille sua et fratris vice fungatur.

LXXXI Proci Helenae

Antilochus Ascalaphus Aiax Oileus Anti|phus Amphi|machus †Aecaeus †Blanirus Agapenor Aiax Telamonius Clonius Guneus Menelaus Patroclus Diomedes Peneleus †Phemius Nireus Polypoetes Elephenor Eumelus Sthenelus Tlepolemus Protesilaus Podalirius Eurypylus Idomeneus Te|ucer| Leonteus Thalpius Polyxenus Prothous Menestheus Machaon Thoas Ulysses Phidippus Meriones Philoctetes. |alios| alii auctores.

LXXXII Tantalus

Tantalus Iovis et Plutonis filius procreavit ex Dione Pelopem. — Iupiter Tantalo concredere sua consilia solitus erat et ad epulum deorum admittere: quae Tantalus ad homines renunciavit. ob id dicitur ad inferos in aqua media fine corporis stare semperque sitire et cum haustum aquae vult sumere aquam recedere. Item poma ei super caput pendent, quae cum vult sumere rami vento moti recedunt. Item saxum super caput eius ingens pendet, quod semper timet ne super se ruat.

---

4 Virg. Aen. VI 121 'alterna morte redemit' ‖ rhomani F corr Comm 6 |*de*| Sch Bu

LXXXI |*procorum Helenae nomina haec sunt:*| praemissa fuisse coni C Lange p. 47 *helenae proci* index 8 antiochus F corr Mic. i. m ‖ oilaeus F corr Comm ‖ antimachus F corr Σ 9 clytius cyanaeus F corr Mu 10 niraeus F corr Comm 11 elephemor F corr Mu 12 euripylus F corr Comm ‖ teleontes F corr Σ ‖ Tallius F corr Mic. i. m 13 protus F corr Mic. i. m ‖ mnestheus F corr Bu 14 alia veteres F corr Σ, *alia* |*nomina*| *veteres* |*poetae tradiderunt*| interpretatus est CLange p. 47

LXXXII περὶ ταντάλου. de Tantalo Dositheus p. 66 15 plytones F corr Mu ‖ penelopen F pelopen F p. 7 corr Comm 18 *medii* Schoppius vereor ut recte ‖ *corporis* suspectum Σ, fortasse *oris* cum C Lange p. 48 vel *pectoris* 19 aquam F *aqua* Mic. i. m 21. 22 cfr. Lucret. III 994

LXXXIII Pelops

Pelops Tantali et Diones Atlantis filiae filius cum esset in epulis deorum a Tantalo caesus, brachium eius Ceres consumpsit. qui a deorum numine vitam recepit. cui cum c[a]etera membra ut fuerant coissent, humero non perpetuo, eburneum eius loco Ceres aptavit.

LXXXIIII Oenomaus

Oenomaus Martis et Asteropes |Atlantis| filiae filius habuit in coniugio Euareten Acrisii filiam, ex qua procreavit Hippodamiam virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in coniugium, quod sibi responsum fuit a genero mortem cavere|t|. itaque cum complures eam peterent in coniugium simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset victorque exisset (quod is equos Aquilone velociores habuit), victus autem interficeretur. multis interfectis novissime Pelops Tantali filius cum venisset et capita humana super valvas fixa vidisset eorum qui Hippodamiam in uxorem petierant, poenitere [eum] coepit regis crudelitatem timens. itaque Myrtilo aurigae eius persuasit regnumque ei dimidium pollicetur si se adiuvaret. fide data Myrtilus currum iunxit et clavos in rotas non coniecit: itaque equis incitatis, currum defectum Oenomai equi distraxerunt. Pelops cum Hippodamia et Myrtilo domum victor cum rediret cogitavit sibi opprobrium futurum et Myrtilo fidem praestare noluit eumque in mare praecipitavit, a quo Myrtoum pelagus est appellatum. Hippodamiam in patriam abduxit suam, quod Peloponnesum appellatur. ibi ex Hippodamia procreavit Hippalcum Atreum Thyesten.

LXXXV Chrysippus

Laius Labdaci filius Chrysippum Pelopis filium †natum propter

---

4 *perpetuo* suspectum; *reperto?*

6 atlantis om F adi Mu 9 cavere F em Bu 14 halbas F corr Mic. i. m ||in uxorem] *uxorem* Bu, sed cfr fab. X 'in coniugem', nisi forte *eorum . . . petierant* eicienda sunt 15 poenitere [eum] h. e. consilii poenitens fieri 22 adduxit F corr Mu 22. 23 [*quod Peloponnesum appellatur*] secl. Sch; fallitur C Lange p. 48 23 Hippalcimum Bu 24 thiesten F corr Comm

25 *nothum* coni Barth Χρυσίππῳ νόθῳ ἑαυτῶν ἀδελφῷ Schol. BL Iliad. B 105

formae dignitatem Nemeae ludis rapuit. quem ab eo Pelops bello recuperavit. Hunc Atreus et Thyestes matris Hippodamiae impulsu interfecerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit.

LXXXVI Pelopidae

Thyestes Pelopis et Hippodamiae filius quod cum Aeropa Atrei uxore concubuit a fratre Atreo de regno est eiectus. At is Atrei filium Plisthenem, quem pro suo educaverat, ad Atreum interficiendum misit: quem Atreus credens fratris filium esse imprudens filium suum occidit.

[LXXXVII Aegisthus

Thyesti Pelopis et Hippodamiae filio responsum fuit, quem ex filia sua Pelopia procreasset cum fratris fore ultorem. quod cum audisset *puer est natus quem Pelopia exposuit. quem inventum pastores caprae subdiderunt ad nutriendum. Aegisthus est appellatus ideo quod graece capra †aega appellatur.]

LXXXVIII Atreus

Atreus Pelopis et Hippodamiae filius cupiens a Thyeste fratre suo iniurias exequi in gratiam cum eo rediit et in regnum suum eum reduxit, filiosque eius infantes Tantalum et Plisthenem occidit et |in| epulis Thyesti opposuit. qui cum vesceretur, Atreus imperavit brachia et ora puerorum afferri. ob id scelus etiam Sol currum avertit. Thyestes scelere nefario cognito profugit ad regem Thesprotum, ubi lacus Avernus dicitur esse: inde Sicyonem pervenit,

---

cf. Plutarch. P.M. XXX vol. VIII 431 Hutt. ‖ *natu m|aximum|* possis coll. Πέλοψ ἐκ προτέρας γυναικὸς ἔχων παῖδα Χρύσιππον ἔγημεν Ἱπποδάμειαν schol. AD l. c. nisi praestet *filium |ex Astyoche| natum* 2 thiestes F corr Comm

4 thiestes F corr Comm. — Hinc fides accedit Plutarcho l. c. Δοσιθέῳ ἐν Πελοπίδαις testimonium denuncianti

LXXXVII *aegysthus* index 9 thiesti F corr Comm ‖ hyppodamiae F corr Comm 11 lacunam a Mic. indicatam his supplet schol. Stat. Theb. IIII 306 p. 134 *illicitos filiae amplexus invasit, ex qua* (Σ), e schol. Stat. Theb. I 694 p. 39 *paruissetque responsis* supplendam censebat Bunte 12 *nutriendum, |unde| Aegisthus* coni Σ. nisi forte mavis *|ex eadem re|* ut est in schol. Stat. Theb. IIII 306 p. 134

14 thieste F corr Commeliniana ubique 16 tantulum F corr Comm 17 *|in|* add Bu ‖ thiesti F 19 thiestes F

Ego, 1 capo dei Nuraghi Aquilei, di anni sopra cento Maurone Maurone, attorniato dai figli e dai discendenti e nipoti di loro sangue, e dalla mia gente, e dalla gente di Nuraghi Aquilei, presi battaglia' quasi due di dinanzi coi saraceni alcuni che erano venuti a Nuraghi Aquilei, e ci combattemmo e ci uccidemmo, e ne uccisi io con le mie mani sei, e ne uccisero i miei figli e i miei nipoti Maurone Maurodi, giudice di Nuraghi Aquilei, e Maurone Maurone Maurodi, giudice di Nuraghi Aquilei, e Comita Maurone Maurodi, giudice di Nuraghi Aquilei, e Barisone Maurone Maurodi, giudice di Nuraghi Aquilei, e Pietro Maurone Maurodi, e Ugo Maurone Maurodi, e Mariano

LXXXIX Laomedon

Neptunus et Apollo dicuntur Troiam muro cinxisse. his rex Laomedon vovit quod regno suo pecoris eo anno natum esset immolaturum. id votum avaritia fefellit: alii dicunt parum prom[i]sisse. ob eam rem Neptunus cetum misit qui Troiam vexaret. ob quam causam rex ad Apollinem misit consultum. Apollo iratus ita respondit: si Troianorum virgines ceto religatae fuissent finem pestilentiae futuram. Cum complures consumptae essent et Hesiones sors exisset et petris religata esset, Hercules et Telamon, cum Colchos Argonautae irent, eodem venerunt et cetum interfecerunt, Hesionenque patri pactis legibus reddunt, ut cum inde rediissent secum in patriam eam abducerent et equos qui super aquas et aristas ambulabant. quod et ipsum Laomedon fraudavit neque Hesionen reddere voluit. itaque Hercules ad eos navibus comparatis ut Troiam expugnaret venit et Laomedontem necavit et Podarci filio eius infanti regnum dedit, qui postea Priamus est appellatus *ἀπὸ τοῦ πρίασθαι*. Hesionen reciperatam Telamoni concessit in coniugium, ex qua natus est Teucer.

XC Priami filii et filiae, numero LV.

Hector	Lycaon	Polites	Dolon	Euander
Deiphobus	Polymedon	Troïlus	Chro(mius)	Proneus
C c(b)riones	Ascanius	Pammon	Eresus	Archemachus
Polydorus	Chirodamas	† Brissonius	Chrysolaus	† Hilagus
Helenus	Euagoras	Gorgythion	Democoon	Axion
Alexander	Dryops	Protodamas	Doryclus	Bia[nte]s
Hippothous			Hippasus	Hypeirochus
Antiphonus	Astynomus	Aretus	Hyperion	D(e)iopites
Agathon	Polyxena	† Henicea	Lysianassa	Medusa
Di(us)	Laodice	† Demnosia	Iliona	Hero
(M)estor	Deïnome	Cassandra	Nereïs	Creusa.
	Phegea	Philomela		

3 *promsisse* coni Σ 7 hesione fors F *hesionae sors* Mu *hesiones sors* Bu 13 id quod est *cos* ex literis numerum navium exhibentibus natum videbatur Sch 14 padaci F corr Mu 16 *recuperatam* malit Bu

LIV] LV corr. Σ, cf. Philol. XXV p. 418 sqq. Geriones] em. Sch. Hipposidus Antinous] em. Sch. Diaster] em. Bu Lysido] corr. Σ Polymena] corr. Σ, mox praestat *Chersidamas* Drypon] em. Bunte Astinomus] em. Commelinus Poly-

XCI Alexander Paris

Priamus Laomedontis filius cum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae Cissei sive Dymantis filia|e|, uxor eius praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. id visum omnibus coniectoribus cum narratum esset, imperant quicquid pareret necaret, ne id patriae exitio foret. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus. quem satellites misericordia exposuerunt, [eum] pastores pro suo filio repertum expositum educarunt eumque Parim nominaverunt. Is cum ad puberem aetatem pervenisset habuit taurum in deliciis. Quo cum satellites missi a Priamo ut taurum aliquis adduceret venissent, qui in athlo funebri quod ei fiebat poneretur, coeperunt Paridis taurum abducere. qui persecutus est eos et inquisivit quo eum ducerent. illi indicant se eum ad Priamum adducere *qui vicisset ludis funebribus Alexandri. ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit. indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Iovis Hercei insiluit. Quod cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.

XCII Paridis iudicium

Iovis, cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocasse excepta Eride id est Discordia. quae cum postea supervenisset nec admitteretur ad epulum ab ianua misit in medium malum, dicit quae esset formosissima attolleret. Iuno Venus Minerva formam sibi vindicare coeperunt. inter quas magna discordia orta

---

metus] corr. Σ Ethionome] em. Sch. Polipes] em. Salmasius *Polictes* coni. Σ Palemon] em. Salmasius Gorgition] em. Mu 25 Atreus] em. Bunte *(mius)* add. Σ Demosthea] corr. Σ Doricops] em. Muncker Hippassus] em. Commelinus Hiperiseus] corr. Σ Pronous ci. Σ Aromachus] em. Bunte Hilagus] *Aesacus* ci. Σ Hippotrochus] em. Bunte Diophites] em. Muncker

2 filia F corr Mu ‖ praegnans Virg. Aen. VII 320 'haec se facem parere vidit' Serv. l. c. 3 σπινθῆρας coni Σ 7. 8 'expositum' post 'eum' trai. Nauck [*cum*] *expositum pastores* coni Σ cf. CII 9 delitiis F corr Comm 10 *quod cum* coni. Nauck deesse potius videtur aliquid post 'deliciis' e. c. *in Ida monte* 13 *ci*, *qui* coni Barth 16 ad] *adversus* Mic 17 hercaei F corr Mu

22 *dicitque* Sch, cf. XCV 'subiecit et ait' 23 vendicare F Comm, corr Sch

Iovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem, eumque iubeat iudicare. Cui Iuno, si secundum se iudicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum † divitem praeter c[a]eteros praestaturum: Minerva, si inde victrix discederet, † formissimum inter mortales futurum et omni artificio scium: Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in coniugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus anteposuit Veneremque pulcherrimam esse iudicavit. Ob id Iuno et Minerva Troianis fuerunt infestae. Alexander Veneris impulsu Helenam a Lacedaemone ab hospite Menelao Troiam abduxit eamque in coniugio habuit cum ancillis duabus Aethra et † Thisadie, quas Castor et Pollux captivas ei assignarant aliquando reginas.

XCIII Cassandra

Cassandra Priami et Hecubae filia in Apollinis fano ludendo lassa obdormisse dicitur. quam Apollo cum vellet comprimere, corporis copiam non fecit. ob quam rem Apollo fecit ut, cum vera vaticinaretur, fidem non haberet.

XCIV Anchisa

Venus Anchisam Assaraci filium amasse et cum eo concubuisse dicitur. ex quo procreavit Aeneam eique praecepit, ne id apud homines enunciaret. quod Anchises inter sodales per vinum est elocutus: ob id a Iove fulmine est ictus. Quidam dicunt eum sua morte obisse.

---

1 πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἴδῃ κατὰ Διὸς προσταγὴν ὑφ' Ἑρμοῦ πρὸς τὴν κρίσιν ἄγονται Photius ‖ *Idam montem* Bu 3 divitiis Mic. i. m. *et divitiis* Wopkens post Munckerum id quod est 'praeter' male in 'praeterea' mutantem. 'divitem*que* praeter ceteros *se* praestaturum' voluisse is qui haec intulit, videtur Σ; est qui coniciat: *ceteros futurum — mortales praestaturam* 5 formissimum F *formosissimum* Comm *fortissimum* Mu Bu, recte ni fallor ‖ *et omni artificio scium* interpolatoris esse suspicatur Σ 11 supra LXXIX Phisadiem

XCIII — XCIIII] XCIIII — XCIII coni Σ. nam in Cypriorum l. I° unde haec deprompta sunt rerum ordo hic est teste Photio ἡ Ἀφροδίτη συμπλεῖν Αἰνείαν αὐτῷ κελεύει καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ ‖ περὶ Ἀπόλλωνος καὶ Κασσάνδρας. de Apolline et Cassandra Dositheus p. 67

XCIV περὶ Ἀγχίσου. de anchisa Dositheus p. 67 ‖ Anchises Bu 17 *Anchisen* Bu ‖ assarici F corr Comm 19 vivum F corr F p. 7 20. 21 *suam mortem* Bu

XCV Ulixes

Agamemnon et Menelaus Atrei filii cum ad Troiam oppugnandam coniuratos duces ducerent in insulam Ithacam ad Ulixem Laertis filium venerunt. cui erat responsum, si ad Troiam isset post vicesimum annum solum sociis perditis egentem domum rediturum. itaque cum sciret ad se oratores venturos insaniam simulans pileum sumpsit et equum cum bove iunxit ad aratrum. quem Palamedes ut vidit sensit simulare atque Telemachum filium eius cunis sublatum aratro ei|us| subiecit et ait: simulatione deposita inter coniuratos veni. tunc Ulixes fidem dedit se venturum. ex eo Palamedi infestus fuit.

XCVI Achilles

Thetis Nereis cum sciret Achillem filium suum quem ex Peleo habebat, si ad Troiam expugnandam isset, periturum commendavit eum in insulam Scyro|n| ad Lycomedem regem. quem ille inter virgines filias habitu f[o]emineo servabat nomine mutato: nam virgines Pyrrham nominarunt quoniam capillis flavis fuit et graece rufum *πυῤῥὸν* dicitur. Achivi autem cum rescissent ibi eum occultari ad regem Lycomedem oratores miserunt qui rogarent ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud se esse potestatem eis fecit ut in regia quaererent. qui cum intelligere non possent quis esset earum, Ulysses in regio vestibulo munera f[o]eminea posuit, in quibus clypeum et hastam et subito tubicinem iussit canere armorumque crepitum et clamorem fieri iussit. Achilles hostem arbitrans adesse vestem muliebrem dilaniavit atque clypeum et hastam arripuit. ex hoc est cognitus, suasque operas Argivis promisit et milites Myrmidones.

XCV Ulyxes Comm 2 ulyxem F 5 pilleum F corr Comm cf. RSchoene in Herme vol. VI p. 125 sq. 7. 8 ei F *eius* Sch *araturo ei* Perizonius 9 *Ulyxes* Comm

11 'sciter' error Comm 13 scyro F corr Sch 16 pyrrhon F 18 *eum cum* Σ 20 eorum F corr Sch 21 tubicinam F corr Sch Mu 22 [*iussit*] secl Mu

XCVII Qui ad Troiam expugnatum ierunt et quot naves

AGAMEMNON Atrei et Aeropes filius	Mycenis	navibus	centum
MENELAUS frater eius	Mycenis	navibus	LX
PHOENIX Amyntoris filius	Argi[vu]s	[navibus	L]
ACHILLES Pelei et Thetidis filius	insula Scyro	navibus	L
AVTOMEDON auriga Achillis	Scyro	[navibus	X]
PATROCLUS Menoetii et Philomelae filius	Phthia	[navibus	X]
AIAX Telamonis ex Eriboea filius	Salamine	navibus	XII
TEUCER frater ex Hesiona Laomedontis filia		[navibus	XII]
ULYSSES Laërtae et Anticliae filius	Ithaca	navibus	XII
DIOMEDES Tydei et Deipylae Adrasti filiae filius	Argis	navibus	XXX
STHENELUS Capanei et Euadnes filius	Argis	navibus	XXV
EURYALUS Pallantis et Diomedae filius	Argis	navibus	|X|XV
AIAX Oilei et Rhenes nymphae filius	Locrus	navibus	XL
NESTOR Nelei et Chloridis |Amphionis| filiae filius	Pylius	navibus	XC
ANTILOCHUS Nestoris filius	Pylius	[navibus	XX]
THRASYMEDES frater ex Eurydice	Pylius	[navibus	XV]
EYRYPYLUS Euaemonis et Opis filius	Ormenio	navibus	XXXX
MACHAON Asclepii et Coronidis filius	a Tricca	navibus	XX
PODALIRIUS frater eius		navibus	X
TLEPOLEMUS Herculis et Astyoches filius †	Mycenis	navibus	VIIII
IDOMENEUS Deucalionis filius	a Creta	navibus	XXXX
MERIONES Moli et † Melphidis filius	a Creta	navibus	XXXX
EUMELUS Admeti et Alcestis Peliae filiae filius	a Perrhaebia	navibus	XI
PHILOCTETA Poeantis et Demonassae filius	Meliboea	navibus	VII
PENELEUS Hippalci|mi| et Asteropes filius	Boeotia	navibus	XII

XCVII *qui ad troiam et quot navibus ierunt* index 4 lx F corr Σ 6 philomellae F corr Mu 7 eryboea Comm 10 deiphilae F corr Mu 12 in F infra post 'Elea navibus X' posita trai. Σ ‖ eurychus . . . XV F 13 XX F corr Mu 14 |*Amphionis*| Mu 16. 17 inverso ordine in F trai. Sch 17 thrasimedes . . . euridice F corr Comm 18 euripylus F corr Comm ‖ orchomeno F corr Mic 19 |*Apollinis*| *et Coronidis* |*filiae*| Bu ‖ attica F corr Salmasius 20 podalyrius F corr Comm ‖ IX F corr Σ 25 parrhebia F *perrhaebia* Mu *Pheris* Σ ‖ VIII F corr Σ 27 hippalci F corr Sch

LEITVS Alectri|onis | et Cleobules filius	ex Boeotia	navibus	XII
CLONIVS frater eius	ex Boeotia	navibus	IX
ARCESILAVS |Areï|lyci et †Theobulae filius	ex Boeotia	navibus	IX
PROTHOENOR frater |eius|	ex Thespia	navibus	VIII
IALMENVS †Lyci et Pernidis filius	†Argis	navibus	XXX
ASCALAPHVS frater eius	†Argis	|navibus	XXX|
SCHEDIVS Iphiti et Hippolytes filius	†Argis	navibus	XXX
EPISTROPVS frater eius	itidem	navibus	X
ELEPHENOR Chalcodontis et Imenaretes filius	†Argis	navibus	XXXX
MEN|ESTHEVS *|oeae filius	Athenis	navibus	L
AGAPENOR Ancaei filius	Arcadia	navibus	LX
AMPHIMACHVS Cteati et Theronices filius	Elea	navibus	X
|THALPIVS Euryti et Thereph|ones filius	†Mycenis	navibus	X
DIORES Amaryncei |filius|		|navibus	X|
POLYXENVS Agasthenis filius		|navibus	X|
MEGES Phylei et †Eustyoches filius	a Dulichio	navibus	XL
THOAS Andraemonis et Gorges filius	Aetolia	navibus	XL
|PROTESILAVS Iphicli filius	e|x Ito|ne|	navibus	XX
PODARCES |frater eius	itidem	navibus	XX|
PROTHOVS Tenthredonis filius	Magnesius	navibus	XL
GVNEVS †Ociti et Aurophites filius	†Argis	navibus	XXII

1 pithus F corr Mic ‖ lacreti F corr Sch 2 chronius F corr Mic 3 lyci F corr Sch ‖ et Theobulae] varia lectio est spectans ad l. 1 et Cleobules ‖ X F corr Σ 5 hastipiae F corr Mic 6 lyci et Pernidis] ad l. 3 referenda sunt ita, ut scribamus \|*Arci\|lyci et †Pernidis filius* 8 *Cyparisso* coni Σ 9 *indidem* coni. Sch 10 *calchodontis* Comm ‖ *Acnaretes* vel *Timaretes* coni Σ ‖ XXX F corr Σ 11 menoeae F *menestheus petei* coni Mic 12 agapenor F corr Comm ‖ ancaei et iotis filius F 13 'et Theronices' om. F ‖ post 13 in F legitur p. 90 lin. 12 trai. Σ 14. 15 amarunceus onesimachi filius mycenis navibus X F 14 \|*Thalpius Euryti et Theroph*\| inseruit, *imachi* delevit Σ ‖ *Myrsino* coni Σ 15 'et iotis' post 'Ancaei' F (lin. 12) huc retraxit et corr Σ ‖ amaryncei Σ ‖ *filius navibus X* addidit Σ 16 polysenes astionis F corr Mic ‖ et pelorides filius aetolia navibus xl F *filius* * * \|*x*\| Σ, qui 'et pelorides' in *et Theronices* correctum lin. 13 inseruit, 'aetolia navibus xl' ad Thoantem lin. 18 pertinere vidit 17 et Eustyoches] ad l. 6 pertinent: \|Martis\| et Astyoches ‖ lx F corr Σ 18 andremonis et Gorgidis F corr Mu ‖ 'aetolia navibus XL' om F huc retraxit Σ 19 'protesilaus iphicli filius e' om F inseruerunt Mic. Mu ‖ tyto F *ex Itone* Mu ‖ XV F corr Σ 20 cf. 3 p 92 22 cycnus F corr Bu ‖ XII F (Eurip. I. A. 278) corr Σ

NIREUS Charopi et |Aglaiae| nymphae filius † Argis navibus III
ANTIPHUS Thessali et Chalciopes filius Nisyro navibus XX
|PHIDIPPUS| frater eius itidem navibus X
POLYPOETES Pirithoi et Hippodamiae filius Argis|sa| navibus XX
LEONTEUS Coroni filius a Gyrtone navibus XX
CALCHAS Thestoris filius Mycenis augur
† PHOCUS Danai filius architectus
EURYBATES et TALTHYBIUS internuncii
DIAPHORUS iudex
NEOPTOLEMUS Achillis et Deidamiae filius ab insula Scyro.
hic idem Pyrrhus est vocitatus a patre Pyrrha.

Summa navium CIↃCLXXXVI

XCVIII Iphigenia

Agamemnon cum Menelao fratre † Asiae delectis ducibus Helenam uxorem Menelai, quam Alexander Paris avexerat, repetitum ad Troiam cum irent, in Aulide tempestas eos ira Dianae retinebat, quod Agamemnon in venando cervam eius violavit superbiusque in Dianam est locutus. Is cum aruspices convocasset, et Calchas sc|elus| respondisset aliter expiari non posse nisi Iphigeniam filiam [Agamemnonis] immolasset, re audita Agamemnon recusare coepit. tunc Ulysses eum consiliis ad rem pulchram transtulit. Idem Ulysses cum Diomede ad Iphigeniam missus est adducendam. qui cum ad Clytemnestram matrem eius venissent, ementitur Ulysses eam Achilli in coniugium dari. quam cum in Aulidem adduxisset et parens eam immolare vellet, Diana virginem miserata est et caliginem

---

1 Aglaiae om. F add Mic ‖ XVI F III Σ 2 mnesyli F *Thessali* Mic ‖ *Chalciopes* Comm ‖ Thessalus F *Nisyro* Mic 3 'Phidippus' supplevit et 'frater eius itidem navibus X' in F lin. 20 p. 91 post 'Podarces' posita huc trai. Σ 4 polyboetes F corr Sch ‖ hyppodamiae F corr Comm ‖ argis F corr Σ 5 leophites chroni F corr Mic ‖ sicyone F *Gyrtone* Σ ‖ XIX F corr Σ 7 *Epeus Panopei* Mu *Epeus Phoceus Panopei* Struve ZFAW 1847 n. 136 12 CCXLV F corr Σ ‖ cf Philol. XXIII p. 47—71

XCVIII—CI] imo XCVIIII . C . CI . XCVIII: nam Photio teste Cypriacorum liber VII Telephi res continebat, VIII demum sacrificium Aulidense 13 *et Graeciae* coni Σ 17 Auruspices F corr Comm 18 se F *sc|elus|* coni Σ 19 [*Agamemnonis*] secl. Mu

eis obiecit cervamque pro ea supposuit; Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit ibique templi sui sacerdotem fecit.

XCIX Auge

Auge Alei filia ab Hercule compressa cum partus adesset in monte Parthenio peperit et ibi eum exposuit. Eodem tempore Atalante Iasii filia filium exposuit ex Meleagro natum, Herculis autem filium cerva nutriebat. hos pastores inventos sustulerunt atque nutrierunt, quibus nomina imposuerunt Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat: Atalantes autem Parthenop|a|eum, quoniam virgine|m| simu|lans Ata|lante in monte Parthenio eum exposuerat. Ipsa autem Auge patrem suum timens profugit in Mysiam ad regem Teuthrantem, qui cum esset orbus liberis hanc pro filia habuit.

C Teuthras

Teuthrantem regem in Mysia Idas Apharei filius regno privare voluit. quo cum Telephus Herculis filius ex responso quaerens matrem cum comite Parthenopaeo venisset [et], huic Teuthras regnum et filiam Augen in coniugium daturum promisit, si se ab hoste tutasset. Telephus conditionem regis non praetermisit, cum Parthenopaeo Idam uno praelio superavit. cui rex pollicitam fidem praestitit regnumque et Augen matrem inscientem in coniugium dedit. Quae cum mortalem neminem vellet suum corpus violare Telephum interficere voluit inscia filium suum. itaque cum in thalamum venissent, Auge ensem sumpsit ut Telephum interficeret. tum deorum voluntate dicitur draco immani magnitudine inter eos exisse, quo viso Auge ensem proiecit et Telepho inceptum patefecit. Telephus re audita inscius matrem interficere voluit: illa Herculem violatorem suum imploravit et ex eo Telephus matrem agnovit et in patriam suam reduxit.

---

1 Ovid. Met. XII 32. 34

8 parthenopeum F corr Comm 9 virgine simulante F *virginem se simulans |mater|* coni Bu correxit Σ 10 Moesiam F corr Bu

12 theutrantem F corr Comm ‖ moesia F corr Bu 14 parthenopeo F corr Comm ‖ [et] secl. Comm, nisi malis *et** ‖ theutras F corr Comm 16 *tuta|tus e|sset* Mic. i. m ‖ parthenopeo F corr Comm

CI Telephus

Telephus Herculis et Auges filius ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. ex quo vulnere cum in dies tetro cruciatu angeretur petit sortem ab Apolline, quod esset remedium: responsum est, ei neminem mederi posse, nisi †eandem hastam qua vulneratus erat. hoc Telephus ubi audivit ad regem Agamemnonem venit et monitu Clytemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit minitans, se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt et ab Achille petierunt, ut eum sanaret. quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse. tunc Ulysses ait: 'non te dicit Apollo, sed au|c|torem vulneris hastam nominat'. quam cum rasissent remediatus est. a quo cum peterent, ut secum ad Troiam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem haberet. sed ob beneficium quod eum sanarunt eos deduxit. locos autem et itinera demonstravit, inde in Mysiam est profectus.

CII Philoctetes

Philoctetes Poeantis et Demonassae filius cum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id quia solus praeter c[a]eteros ausus fuit Herculis pyram construere, cum humanum corpus est exutum et ad immortalitatem traditum. ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis. quem expositum pastor regis Actoris nomine Iphimachus Dolopionis filius nutrivit. Quibus postea responsum est sine Herculis sagittis Troiam capi non posse. tunc Agamemnon Ulyssem et Diomedem ex-

---

4 melius foret 'eundem hostem a quo'; sed vereor ne Hyginus scripserit *vulneris auctorem*, cuius interpretamentum sit id quod est 'eamdem hastam qua vulneratus erat' 9 posse F *nosse* error Comm 15 *eos non deduxit* Sch sine causa 16 moesiam F corr Bu

17 demonasse F corr Comm ‖ *Tenedo?* schol. Hom. Il. B 721 BL e Cypriacorum libro VIIII° 20 *exustum* coni Iuda Bonutius 24 phimachus Dolophionis F corr Meineke anal. Alex. p. 74 26 Diomedem] sic Lesches in parva Iliade

ploratores ad eum misit. cui persuaserunt, ut in gratiam rediret et ad expugnandam Troiam auxilio esset, eumque secum sustulerunt.

CIII Protesilaus

Achivis fuit responsum, qui primus littora Troianorum attigisset periturum. cum Achivi classes applicuissent, c[a]eteris cunctantibus Iolaus Iphicli et Diomedeae filius primus e navi prosilivit: qui ab Hectore confestim est interfectus. quem cuncti appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. — Quod uxor Laodamia Acasti filia cum audisset eum perisse, flens petit a diis, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret. quo impetrato a Mercurio reductus[, tres horas cum eo colloquuta] est. quod * iterum cum obisset Protesilaus [dolorem pati non potuit Laodamia.]

[CIIII Laodamia]

[Laodamia Acasti filia amisso coniuge] cum tres horas consumpsisset, quos a diis petierat, fletum et dolorem pati non potuit. itaque fecit simulacrum cereum simile Protesilai coniugis et in thalamis posuit sub simulatione sacrorum et eum colere coepit. quod cum famulus matutino tempore poma ei attulisset ad sacrificium, per rimam aspexit viditque eam † ab amplexu Protesilai simulacrum tenentem atque osculantem: existimans eam adulterum habere

---

1 *qui persuaserunt* Heinsius frustra

3 littora F litora Comm 5 *Automedusae?* 7. 8 *Quod . . . Laodamia* aut ab hoc capite aliena sunt, aut hoc caput cum sequente antiquitus unum caput constituerunt:

Quod uxor Laodamia Acasti filia cum audisset eum perisse flens petit a diis ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret. quo impetrato a Mercurio reductus, tres horas cum eo collocuta est. quod	Laodamia Acasti filia amisso coniuge cum tres horas consumpsisset, quas a diis petierat,
iterum cum obisset Protesilaus,	fletum et
dolorem pati non potuit Laodamia.	dolorem pati non potuit.

|| Ceterum cf Cypriorum lib. VIIII — Euripid. fr. p. 443 Nck

14 simulachrum F corr Comm || aereum F corr Sch coll. Ovid. Heroid. XIII 152. 156 17 |*ut*| *per* Σ || *av*|*ido*| *amplexu?* || simulachrum F corr Comm 18 aestimans F *existimans* Σ *ab amplexu existimans* coni Σ

Acasto patri nunciavit. qui cum venisset et in thalamos irrupisset vidit effigiem Protesilai. quae ne diutius torqueretur, iussit signum et sacra pyra facta comburi: quo se Laodamia dolorem non sustinens immisit atque usta est.

CV Palamedes

Ulysses quod Palamedis Nauplii filii dolo erat deceptus, in dies machinabatur, quomodo eum interficeret. tandem inito consilio ad Agamemnonem militem suum misit, qui diceret ei, in quiete vidisse*, ut castra uno die moverentur. id Agamemnon verum existimans castra uno die imperat moveri. Ulysses autem clam noctu solus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit; item epistolam conscriptam Phrygi captivo ad Priamum dat perferendam, militemque suum priorem mittit, qui eum non longe a castris interficeret. Postero die cum exercitus in castra rediret, quidam miles epistolam, quam Ulysses scripserat, super cadaver Phrygis positam ad Agamemnonem attulit. in qua scriptum fuit: PALAMEDI A PRIAMO MISSA, tantumque ei auri pollicetur, quantum Ulysses in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis ut ei convenerat proderet. Itaque Palamedes cum ad regem esset productus et factum negaret, in tabernaculum eius ierunt et aurum effoderunt. quod Agamemnon ut vidit vere factum esse credidit. quo facto Palamedes dolo Ulyssis deceptus ab exercitu universo innocens occisus est.

CVI Hectoris lytra

Agamemnon Briseidam Brisei sacerdotis filiam ex Mysia captivam, propter formae dignitatem quam Achilles ceperat, ab Achille abduxit eo tempore, quo Chryseida Chrysi sacerdoti Apollinis Zminthei reddidit. quam ob iram Achilles in praelium non prodibat, sed

---

7 |*se Minervam suadentem*| aut tale quid excidisse coni Σ 11 |*ut*| *ad?* Σ 15 *positam* |*repertam*| coni Σ ‖ argumentum tractaverat Cypriorum auctor libro XI°

CVI imo |*Achillis ira.*| *Hectoris lytra* 23 briseidam F (ut schol. Stat. Achill. I 175 p. 437) cf. Neue Formenl. I p. 333 ‖ brisae F h. e. brisaei pro brisei ‖ moesia F corr Bu 25 *chryseidam?* ‖ chrysi F ut CXXI, Charis. I 17 p. 107 ‖ zminti F smynthei Mic. i. m. *Sminthei* Bu *Zminthei* Σ 26 iram] *rem* Sch *rem iratus* Bu *iniuriam* Mu *rixam?*

cithara in tabernaculo se exercebat. Quod cum Argivi ab Hectore fugarentur Achilles obiurgatus a Patroclo arma sua ei tradidit, quibus ille Troianos fugavit existimantes Achillem esse, Sarpedonemque Iovis et Europae filium occidit. postea ipse Patroclus ab Hectore interficitur armaque ei sunt detracta. Patroclo occiso Achilles cum Agamemnone redit in gratiam *Briseidamque ei reddidit. tum contra Hectorem cum inermis prodisset, Thetis mater a Vulcano arma ei impetravit, quae Nereides per mare attulerunt. quibus armis ille Hectorem occidit astrictumque ad currum traxit circa muros Troianorum. quem sepeliendum cum patri nollet dare, Priamus Iovis iussu duce Mercurio in castra Danaorum venit et filii corpus auro repensum accepit: quem sepulturae tradidit.

CVII Armorum iudicium

Hectore sepulto cum Achilles circa moenia Troianorum vagaretur ac diceret, se solum Troiam expugnasse, Apollo iratus Alexandrum Parin se simulans talum, quem mortalem habuisse dicitur, sagitta percussit et occidit. Achille occiso ac sepulturae tradito Aiax Telamonius, quod frater patruelis eius fuit, postulavit a Danais, ut arma sibi Achillis darent: quae |ei| ira Minervae abiurgata sunt ab Agamemnone et Menelao, et Ulyssi data. Aiax iniuria accepta per insaniam pecora sua et se ipsum †vulneratum **occidit eo gladio, quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit.

CVIII Equus Troianus

Achivi cum per decem annos Troiam capere non possent, Epeus monitu Minervae equum mirae magnitudinis ligneum fecit; eoque

---

3 aestimantes F corr Σ 5 eius F corr Sch 6 verborum defectum indicavit Σ || briseidamque F 9 |*ter*| *circum* coni. Σ inc. epit. Iliad. 1003. 1004 12 auro repensum] schol. B Hom. Il. X 351

18 |*ei*| add Sch || *abiudicata* coni Mic. i. m, *abnegata?* 19. 20 furia accepta F furia concepta Mu corr Σ || *vulnera tum* |*denique passum*| coni Σ coll. Ovid. Met. XIII 391 Armorum iudicium scripserunt Aeschylus Pacuvius Attius Pomponius, at Leschen sequitur noster l. I, nostrum secutus erat Dositheus p. 67 cuius servata tantum est inscriptio περὶ ὅπλων κρίσεως. de armorum iudicio

24 mire F corr Comm

sunt collecti Menelaus Ulysses Diomedes Thessander Sthenelus Acamas Thoas Machaon Neoptolemus; et in equo scripserunt DANAI MINERUAE DONO DANT castraque transtulerunt Tenedo. Id Troiani cum viderunt arbitrati sunt hostes abisse. Priamus equum in arcem Minervae duci imperavit, feriatique magno opere ut essent edixit. id vates Cassandra cum vociferaretur inesse hostes, fides ei habita non est. Quem in arcem cum statuissent et ipsi noctu lusu atque vino lassi obdormissent, Achivi ex equo aperto a Sinone exierunt et portarum custodes occiderunt, sociosque signo dato receperunt et Troia sunt potiti.

CVIIII Iliona

Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Ilionae filiae suae dederunt eum educandum, quae Polym[n]estori regi Thracum erat nupta. Quem illa pro filio suo educavit, Deipylum autem, quem ex Polym[n]estore procreaverat, pro fratre suo educavit, ut, si alteri eorum quid foret, parentibus* praestaret. Sed cum Achivi Troia capta prolem Priami extirpare vellent, Astyanacta Hectoris et Andromachae filium de muro deiecerunt et ad Polym[n]estorem legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam nomine Electram pollicerentur in coniugium et auri magnam copiam, si Polydorum Priami filium interfecisset. Polym[n]estor legatorum dicta non repudiavit Deipylumque filium suum imprudens occidit arbitrans, se Polydorum filium Priami interfecisse. Polydorus autem ad oraculum Apollinis de †parentibus suis sciscitatum est profectus: cui responsum est, patriam incensam patrem occisum matrem in servitute teneri. cum inde rediret et vidit aliter esse ac sibi responsum fuit* se Polym[n]estoris esse filium, ab sorore Iliona inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent. cui soror quid veri esset

---

1 loco Diomedis Epeum habet Virg. Aen. II 261, longe alios XII Eudocia Viol. p. 125 non commemorata ab Heynio exc. III ad Virg. l. c. vol. II p. 404 Wagn. || *Thersander* coni. Bu 3 tenedo F *Tenedum* Mic. i. m 6 in eo quod est 'id — cum' non magis est offendendum quam in 'quod — cum'

13 deiphylum F *deiphilum* Comm *Deipylum* Bu 15 |*fidem*| *praestaret* Σ *alter parentibus restaret* coni Bu 21 deiphylum F *deiphilum* Comm *Deipylum* Bu 23 *rebus* coni Σ 25 et] *ut* Perizonius 26 |*ratus*| Perizonius |*aestimans*| Bu, qui |*existimans*| voluit || ilionea F h. e. ilione^{a}, corr Bu

patefecit et eius consilio Polym[n]estorem luminibus privavit atque interfecit.

CX Polyxena

Danai victores cum ab Ilio classem conscenderent et vellent in patriam suam quisque reverti et praedam quisque sibi duceret, ex sepulcro vox Achillis dicitur praedae partem expostulasse. itaque Danai Polyxenam Priami filiam, quae virgo fuit formosissima, propter quam Achilles, cum eam peteret et ad colloquium venisset, ab Alexandro et Deiphobo est occisus, ad sepulcrum eius eam immolaverunt.

CXI Hecuba

Ulysses Hecubam Cissei filiam, vel ut alii au|c|tores dicunt Dymantis, Priami uxorem, Hectoris matrem in servitutem cum duceret, illa in Hellespontum mare se praecipitavit et canis dicitur facta esse, unde et cyneum est appellatum.

CXII Provocantes inter se qui cum quo dimicarunt

Menelaus cum Alexandro: Alexandrum Venus eripuit
Diomedes cum Aenea: Aeneam servavit Venus
idem cum Glauco: in hospitio cognito discesserunt
idem cum Pandaro [et Glauco alio]: Pandarus [et Glaucus] †occiduntur.
Aiax cum Hectore: donificantes discessere. Aiax Hectori donavit balteum unde est tractus, Hector Aiaci gladium unde se interfecit
Patroclus cum Sarpedone: Sarpedon occiditur
Menelaus cum Euphorbo: Euphorbus occiditur; qui postea Pythagoras est factus et meminit suam animam in corpora transisse.
Achilles cum Asteropaeo: Asteropaeus occiditur

---

1 et eius] *cuius* coni Σ ‖ argumentum creditur Ilionae fabulae euripideae.

5 sepulchro F corr Comm 8 sepulchrum F ‖ cf. Tzetz. posthom. 395 ‖ *ut ream* Σ

11 dimantis F corr Mu Sch 12. 13 [*mare*] . . . *cyneum* [*mare*] Bu ‖ in [Hellespontum] mare se praecipitavit, unde cynaeum (sic) mare est dictum, quoniam in canem fuerat conversa fab. CCXLIII ‖ *cynossema* Mic. i. m.

CXII *provocantes* index, nihil amplius 25 asteropeo asteropeus F corr Mu

idem cum Hectore: Hector occiditur
idem cum Aenea: Aeneas fugatur
idem cum Agenore: Agenorem 'servavit Apollo'. —
idem cum Penthesilea Amazone, Martis et Otrerae filia: Penthesilea occiditur.
Antilochus cum Memnone: Antilochus occiditur.
Achilles cum Memnone: Memnon occiditur. —
Philoctetes cum Alexandro: Alexander occiditur
Neoptolemus cum Eurypylo: Eurypylus occiditur

CXIII Nobilem quem quis occidit

Achillem Apollo Alexandri figura
Hector Protesilaum idem * * Antilochum
Agenor Elephenorem idem Clonium — Deiphobus Ascalaphum idem †Antonoum
Eurypylus Nireum idem Machaonem — Sarpedon Tlepolemum
Ulysses Hippodamum idem Chromium — Agamemnon Iphidamantem idem Antiphum
Aiax |Polydamantem| idem Glaucum — Aiax Locrus †Carcanum idem †Gavium
Diomedes Dolonem idem Rhesum — Achilles Troilum
Menelaus Deiphobum idem Pylaemenem — Achilles †Astynomum
Neoptolemus Priamum

---

9 eurypilo eurypilus F corr Comm ‖ 4—7 ex Arctini Aethiopide; 8—9 e Leschae parva Iliade

CXIII *nobilem* om index 11 idem antilochum F (cf. Ovid. Heroid. I 15) *Patroclum . Memnon* excidisse coni. Σ 12 helenorem F corr Bu ‖ chlonium F corr Sch 14 'eurypylus . . . tlepolemum idem antippum' post 'Rhesum' l. 20 habet F trai Σ 16 Aiax F *Ulysses* Σ coll Λ 335 E 677 ‖ chlonium F corr Σ ‖ hippodamantem F corr Σ, verbis 'idem Antiphum' huc retractis coll. Λ 240 Λ 101 18 *Aiax* huc trai Σ, qui etiam 'Polydamantem' addidit coll. Quint. Smyrn. III 278 Dicty IV 7 ‖ *Gargasum idem Agavum* Sch *Satnium* coni. Σ coll. Ξ 443 21 achilles astynonum idem pylachantum F *idem Pylaemenem Achilles* † *Astynomum* Σ coll. E 576 20. 21 *Troilum |idem Hectora| . . . [Achilles] Neoptolemus Priamum idem Astynoum* coni Σ coll. Lesch. Paus. X 26, 4

CXIIII Achivi qui quot occiderunt

Achilles numero	LXXII	Antilochus num.	II
Protesilaus num.	IIII	Peneleus num.	II
Eurypylus num.	I	Aiax Oilei num.	XXIV
Thoas nu.	II	Leitus nu.	XX
Thrasymedes num.	II		
Agamemnon num.	XVI	Diomedes num.	XVIII
Menelaus	VIII	Philocteta num.	III
Meriones num.	VII	Ulysses num.	XII
Idomeneus num.	XIII	Leonteus num.	V
Aiax Telamonius num.	XXVIII		
Patroclus num.	LIII	Polypoetes num.	I
Teucer num.	XXX	Neoptolemus	VI
		Fit numerus	CCCLXII

CXV Troiani qui quot occiderunt

Hector numero	XXXI	Alexander num.	III	Sarpedon num.	II
Panthous num.	IIII	Gargasus num.	II	Glaucus numero	IIII
Polydamas num.	III	Aeneas numero	XXVIII	Deiphobus num.	IIII
Clytus num.	III	Acamas num.	I	Agenor num.	II

Fit numerus LXXXVIII

CXVI Nauplius

Ilio capto et divisa praeda Danai cum domum redirent, ira deorum quod fana spoliaverant et quod Cassandram Aiax Locrus a signo palladio abripuerat, tempestate et flatibus adversis ad saxa Capharea naufragium fecerunt; in qua tempestate Aiax Locrus fulmine est a Minerva ictus, quem fluctus ad saxa illiserunt, unde Aiacis petrae sunt dictae. c[a]eteri noctu cum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit sensitque tempus adesse ad perse-

---

CXIIII Graeci quot occiderunt index ‖ intactum reliqui

CXV *qui* om index Numerus Graecorum ab Alexandro Sarpedone Polydamante Acamante Agenore occisorum cum homerico Iliadis convenit. Panthoum Clytum (Clitum coni. Mu) Gargasum Homerus ignorat. Numerus Aeneae adscriptus Hectoreus est; Aeneas in Iliade non plus sex occidit E 542. 542 N 541 O 332. 332 P 344. Glauci etiam numerus Hygineus Homerico duobus est maior, item Deiphobi 16 athamas F corr. Mu 17 imo LXXXVII

quendas filii sui Palamedis iniurias. itaque tanquam auxilium eis afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. illi credentes humanitatis causa id factum naves eo duxerunt: quo facto plurimae eorum confractae sunt militesque plurimi cum ducibus tempestate occisi sunt membraque eorum cum visceribus ad saxa illisa sunt: si qui autem potuerunt ad terram natare a Nauplio interficiebantur. At Ulyssem ventus detulit ad Maronem, Menelaum in Aegyptum; Agamemnon cum Cassandra in patriam pervenit.

CXVII Clytemnestra

Clytemnestra Tyndarei filia Agamemnonis uxor cum audisset ab Oeace Palamedis fratre, Cassandram sibi pellicem adduci (quod ementitus est, ut fratris iniurias exequeretur), tunc Clytemnestra cum Aegistho filio Thyestis cepit consilium, ut Agamemnonem et Cassandram interficeret: quem sacrificantem securi cum Cassandra interfecerunt. At Electra Agamemnonis filia Orestem fratrem infantem sustulit; quem demandavit in Phocide Strophio, cui fuit Astyochea Agamemnonis soror nupta.

CXVIII Proteus

In Aegypto Proteus senex marinus divinus dicitur fuisse, qui in omnes se figuras convertere solitus erat. quem Menelaus Idotheae filiae eius monitu catena alligavit, ut sibi diceret, quando domum repetitionem haberet. quem Proteus edocuit, iram deorum |ob| esse, quod Troia esset devicta, ideoque id fieri debere, quod** [hecatomben graece dicitur, cum centum armenta occiduntur.] itaque Menelaus hecatomben fecit. tunc demum post octavum annum quam ab Ilio discesserat cum Helena in patriam redit.

---

2 locus] *cursus* Wopkens *scopulus?* an *litus periculosissimum?* 4 *direxerunt* Nic Heinsius 7 *enatare* coni Σ 8 marathonem F corr Sch Mu

CXVII clitemnestra index 11 *quod ille?* 13 aegystho F corr Comm ‖ thiestis F corr Comm 17 astyochea F *Astyoche* coni Bu *Astyochia* malit alius

22 esse F *obesse* coni Σ ‖ *quod |eam possit placare|. itaque* coni Σ, glossemate ad l. 24 secluso 25 *rediit* Sch frustra

CXIX Orestes

Orestes Agamemnonis et Clytemnestrae filius postquam in puberem aetatem venit studebat patris sui mortem exequi. itaque consilium capit cum Pylade et Mycenas venit ad matrem Clytemnestram, dicitque se Aeolium hospitem esse nuntiatque Orestem esse mortuum, quem Aegisthus populo necandum demandaverat: nec multo post Pylades Strophii filius ad Clytemnestram venit urnamque secum affert dicitque ossa Orestis condita esse. quos Aegisthus laetabundus hospitio recepit. [qui] occasione capta Orestes cum Pylade noctu Clytemnestram matrem et Aegisthum interficiunt. quem Tyndareus cum accusaret, Oresti a Mycenensibus fuga data est propter patrem. quem postea furiae matris exagitarunt.

CXX Iphigenia Taurica

Orestem furiae cum exagitarent Delphos sciscitatum est profectus, quis tandem modus esset aerumnarum: responsum est, ut in terram Tauricam ad regem Thoantem patrem Hypsipyles iret, indeque de templo Dianae signum Argos afferret; tunc finem fore malorum. sorte audita cum Pylade Strophii filio sodale suo navem conscendit celeriterque ad Taur[ic|os [fines] devenerunt, quorum fuit institutum ut qui intra fines eorum hospes venisset templo Dianae immolaretur. ubi Orestes et Pylades cum in spelunca se tutarentur et occasionem captarent, a pastoribus deprehensi ad regem Thoantem sunt deducti. quos Thoas suo more uinctos in templum Dianae ut immolarentur duci iussit, ubi Iphigenia Orestis soror fuit sacerdos. eosque ex signis atque argumentis qui essent quid venissent postquam resciit, abiectis ministeriis ipsa coepit signum Dianae

---

4 nunciatque F sibi non constans 7 aegysthus F 8 [*qui*] secl Σ, *Orestes cum Pylade* proscripserat Mu minus recte ‖ Capitum CXVII CXVIII CXIX ordo pristinus hic fuerit CXVIII CXVII CXIX, ut post capitis CXVII verba novissima sic perrexerit auctor: 'Qui postquam in puberem et q. s', ad CXX autem caput transitio sit facienda his verbis: 'Quem postea furiae matris cum exagitarent, Delphos et q. s'.

14 taurinam F corr Mu 16 pylades F corr (F p. 7) Comm 21 iunctos F *vinctos* Mu 23 'eosque' suspectum, fortasse legendum: |quae| ex signis atque argumentis qui essent eoque quid venissent 24 *abactis ministris* interp. Sch *abiectis ministerii s . . .* Σ

avellere. quo rex cum intervenisset et rogitaret cur id faceret, illa ementita est dicitque eos sceleratos signum contaminasse: quod impii et scelerati homines in templum esent adducti, signum expiandum ad mare ferre oportere, et iubere eum interdicere civibus, ne quis eorum extra urbem exiret. rex sacerdoti dicto audiens fuit. occasione Iphigenia nacta signo sublato cum fratre Oreste et Pylade in navem ascendit ventoque secundo ad insulam Zmint|h|en ad Chrysen sacerdotem Apollinis delati sunt. —

CXXI Chryses

— Agamemnon cum ad Troiam iret, [et] Achilles in Mysiam venit et Chryseidam Apollinis sacerdotis filiam abduxit eamque Agamemnoni dedit in coniugium. quod cum Chryses ad Agamemnonem deprecandum venisset, ut sibi filiam redderet, non impetravit. ob id Apollo exercitum eius partim fame |partim morbo| prope totum consumpsit. itaque Agamemnon Chryseida gravidam sacerdoti remisit. quae cum diceret se ab eo intactam esse, suo tempore peperit Chrysen iuniorem et dixit se ab Apolline concepisse. — Postea Chryses Thoanti eos cum reddere vellet, Chryse|i|s |ut| audiit [senior] Agamemnonis Iphigeniam et Orestem filios esse, [qui] Chrysi filio suo quid veri esset patefecit, eos fratres esse et Chrysen Agamemnonis filium esse. tum Chryses re cognita cum Oreste fratre Thoantem interfecit et inde Mycenas cum signo Dianae incolumes pervenerunt.

---

2 'eos sceleratos signum contaminasse' aut eliminanda aut post 'ementita est' traicienda cum Mu 4 *ferre |se|* Sch ‖ *iubet regem?* 7 zminten F Smynthen Mic. i. m 9 *|expugnandam| iret* coni Σ ‖ *et* secl Sch ‖ moesiam F corr Sch 10 chryseidam F Neue Formenl. I p. 333 *chryseidem* Bu ‖ *|Chrysae| Apollinis* coni Σ ‖ adduxit F corr Sch 13 *|partim morbo|* Barth 14 *chryseidam?* 17 Postea |cum rex Thoas Iphigeniam cum Oreste et Pylade Dianae signo de fano sublato fugientem ad Chrysen persecutus esset| Chryses coni. Lange p. 9 ‖ *Chryseis ut audiit* coni Σ 18 *senior* secl. Σ 19 *qui* secl. Σ ‖ chrysi F cf. Charis. I 17 p. 107 et fab. CVI 3 ‖ ceterum capitis CXX verba novissima 'delati sunt' haud scio an statim exceperint verba 'postea Chryses' ut quae nunc priorem huius capitis partem constituunt aut post 'filium esse' narrata fuerint aut ante cap. CVI sint inserenda. Caput CXXII a verbo 'interim' exorsum esse crediderim

CXXII Aletes

Ad Electram Agamemnonis et Clytemnestrae filiam sororem Orestis nuntius falsus venit fratrem cum Pylade in Tauricis* Dianae esse immolatos. id Aletes Aegisthi filius cum rescisset ex Atridarum genere neminem superesse, regnum Mycenis optinere coepit. at Electra de fratris nece Delphos sciscitatum est profecta. Quo cum venisset, eodem die Iphigenia cum Oreste venit eo. idem nuntius, qui de Oreste dixerat, dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse. Electra ubi audivit id, truncum ardentem ex ara sustulit voluitque inscia sorori Iphigeniae oculos eruere, nisi Orestes intervenisset. Cognitione itaque facta Mycenas venerunt et Aleten Aegisthi filium Orestes interfecit et Erigonam ex Clytemnestra et Aegistho natam voluit interficere, sed Diana eam rapuit et in terram Atticam *sacerdotem fecit. Orestes autem [Neoptolemo interfecto] Hermionen Menelai et Helenae filiam [abductam] coniugem duxit; Pylades autem Electram Agamemnonis et Clytemnestrae filiam duxit.

CXXIII Neoptolemus

Neoptolemus Achillis et Deidamiae filius ex Andromacha Eetionis filia captiva procreavit Amphialum. sed postquam audivit, Hermionem sponsam suam Oresti esse datam in coniugium, Lacedaemonem venit et a Menelao sponsam suam petit. cui ille fidem suam infirmare noluit Hermionenque ab Oreste abduxit et Neoptolemo dedit. Orestes iniuria accepta Neoptolemum Delphis sacrificantem

---

1 alectram F corr F p. 7 2 nuncius Comm ‖ *|finibus|* Σ 3 *|arbitrans| ex?* 4 superesset Comm error ‖ *obtinere* Comm 7 *nuncius* Comm 11 *Erigonen* Bu 13 *in terram Atticam et* Bu *Atticam |adductam|?* 14 hennionem F corr Comm ‖ adductam F corr Sch Mu, vereor tamen ne et hoc vocabulum et verba 'Neoptolemo interfecto' Hygino invito huc sint illata, quem suam de Neoptolemi nece narrationem his fere verbis exorsum esse suspicor: 'Sed Neoptolemus Achillis et Deidamiae filius ex Andromacha Eetionis filia captiva procreato Amphialo postquam audivit et q. s' Certe capite demum CXXIII absolvitur historiae fabulosae (genealogiarum) ea particula, quam ΠΕΛΟΠΙΔΑΙ inscriptam fuisse discimus e Plutarchi P M XXX vol. VIII p. 431 Hutt.

21 adduxit F corr Sch

occidit et Hermionem recuperavit: cuius ossa per fines Ambraciae sparsa sunt, quae est in Epiri regionibus.

CXXIIII Reges Achivorum

Phoroneus Inachi filius Argus Iovis filius Piranthus Argi filius Trio|p|as Piranthi filius Pelasgus Agenoris filius Danaus Beli filius Alexander Eurysthei. Tantalus Iovis filius Pelops Tantali filius Atreus Pelopis filius Thyestes Pelopis Agamemnon Atrei Aegisthus Thyestes Orestes Agamemnonis Aletes Aegisthi Tisamenus Orestis Temenus Aristomachi filius Cisus Temeni filius.

CXXV Odyssea

Ulysses cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret tempestate ad Ciconas est delatus, quorum oppidum Ismarum expugnavit praedamque sociis distribuit. Inde ad Lotophagos homines minime malos, qui loton † ex foliis flore procreatum edebant, [id] qui cibus tantam suavitatem praestabat, ut qui gustabant oblivionem caperent domum reditionis. ad eos socii duo missi ab Ulysse, cum gustarent herbas ab eis datas, ad naves obliti sunt reverti; quos vinctos ipse reduxit. Inde ad Cyclopem Polyphemum Neptuni filium. huic responsum erat ab augure Telemo Eurimi filio ut caveret ne ab Ulysse excaecaretur: hic ¡in| media fronte unum oculum habebat et carnem humanam epulabatur: qui postquam pecus in speluncam redegerat molem saxeam ingentem ad ianuam opponebat. qui Ulyssem cum sociis inclusit sociosque eius consumere coepit. Ulysses cum videret eius immanitati atque feritati resistere se non posse, vino quod a Marone acceperat eum inebriavit seque Utin vocari dixit. itaque

---

1 'nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant, sparsa per Ambracias quae iacuere vias' Ovid. Ibid. 301. 2

3 peranthus F corr Bu 4 peranthi F 5 'alexander eurysthei' post 'tisamenus orestis' habet F 8 'temenus aristomachi filius' post 'pelopis filius' habet F ‖ 'clytus temeni filius' *(clytus temenei filius* error Comm) post 'Agamemnonis' habet F *cisus* Σ in museo rhen. XX p. 461 coll. Pausan. II 28, 3) et Bursian l. c. 778 qui totum caput spurium iudicat

9 ulyxes F *Ulixes* Bu corr Σ 12 ex foliis] *edulium rore* coni Σ ac *rore* Barth ¦¦ *trifolii* Mu ‖ idque F corr Σ ‖ civibus F *cibi genus* Mu Barth corr Σ 14 domi F corr Gronovius ad ser. eccl. c. 14 p. 153 17 cavaret F corr F p. 7 Mic² 20 *qua* frustra Sch 21 cepit F corr Comm 23 marathone F corr Mic. i. m ‖ *utin* Comm

cum oculum eius trunco ardenti exureret, ille clamore suo c[a]eteros Cyclopas convocavit eisque spelunca praeclusa dixit 'Utis me excaecat'. illi credentes eum deridendi gratia dicere neglexerunt. at Ulysses socios suos ad pecora alligavit et ipse se ad arietem, et ita exierunt. Ad Aeolum †Hellenis filium, cui ab Iove ventorum potestas fuit tradita. is Ulyssem hospitio libere accepit follesque ventorum ei plenos muneri dedit: socii vero aurum argentumque credentes eum accepisse inter se cum partiri vellent folles clam solverunt ventique evolaverunt. Rursum ad Aeolum est delatus, a quo eiectus est, quod videbatur [Ulysses] numen deorum infestum habere. Ad Laestrygonas, quorum rex fuit Antiphates** devoravit, navesque eius [undecim] confregit, excepta |una| nave, qua sociis eius consumptis evasit. In insulam Aenariam ad Circen Solis filiam, quae potione data homines in feras bestias commutabat. ad quam Eurylochum cum viginti duobus sociis misit quos illa ab humana specie immutavit. Eurylochus, timens qui non intraverat, inde fugit et Ulyssi nuntiavit; qui solus ad eam se contulit: sed in itinere Mercurius ei remedium dedit monstravitque quomodo Circen deciperet. qui postquam ad Circen venit et poculum ab ea accepit remedium Mercurii monitu coniecit ensemque strinxit minatus nisi socios sibi restitueret se eam interfecturum. tunc Circe intellexit non sine [divina] voluntate deorum id esse factum: itaque fide data se nihil tale commissuram socios eius ad pristinam formam restituit, ipsa cum eodem concubuit, ex quo filios duos pro-

2. 3 *enecat* coni Σ Hom Odyss IX 408 Οὖτίς με κτείνει 5 imo *Hippotae* 8 cum accepissent, secum F corr Σ 11 'videtur aliquid deesse' Mic. i. m recte, possis *qui e tribus sociis ad eum missis unum* ‖ lestrygonas F corr Comm 12 [*undecim*] secl. Σ ‖ |*una*| adi. Sch, nisi hoc ipsum sub eo quod est 'nave' lateat. 13 in insula maeonia schol. Stat. Theb. III 551 p. 147, qui haec transscripsit usque ad verba 'ad inferos descendit' 14 — l. 1 pag. seq. Telegonum' habet mythogr. Vatic. I 15 p. 5 II 211 p. 146, 7 ed. G. Bode in brevius contracta 15 *viginti et* schol. l. c. ‖ *illa* om schol 16 spetie F corr Comm ‖ commutavit schol ‖ timens qui non intraverat om schol 17 nuntiavit F *nunciavit* Comm ‖ qui] is schol ‖ se contulit: sed] proficiscitur cui schol qui 'ei' om 19 posteaquam ad eam schol ‖ ab ea poculo accepto Mercurii remedium miscuit schol et myth. Vat. 20 |*eo*| *coniecit* coni Sch ‖ et eduxit ensem eique minatus est, ut socios sibi restitueret schol 21 tunc Cyrce sensit sine voluntate deorum |hoc myth. Vat.| non esse factum schol 22 *deorum* secl Sch *divina* secl. Mu 23 tale] *exitiale?* 23. 24 fideque data socios ei restituit. ipse cum ea schol ‖ ex qua Telegonum procreavit schol

creavit Nausithoum et Telegonum. Inde proficiscitur ad lacum Avernum ad inferos descendit ibique invenit Elpenorem socium suum quem ad Circen reliquerat, interrogavitque eum, quomodo eo pervenisset. cui Elpenor respondit se ebrium per scalam cecidisse et cervices fregisse; et deprecatus est eum, cum ad superos redisset, sepulturae traderet et sibi in tumulo gubernaculum poneret. ibi et cum matre Anticlia est locutus* de fine errationis suae. Deinde ad superos reversus Elpenorem sepelivit et gubernaculum ita ut rogaverat in tumulo ei fixit. Tum ad Sirenas Melpomenes musae et Acheloi filias venit, quae partem superiorem muliebrem habebant inferiorem autem gallinaceam. harum fatum fuit tamdiu vivere quamdiu earum cantum mortalis audiens nemo praetervectus esset. Ulysses monitus a Circe Solis filia sociis cera aures obturavit seque ad arborem mali constringi iussit et sic praetervectus est. Inde ad Scyllam Typhonis filiam venit, quae superiorem corporis |partem| muliebrem inferiorem 'ab inguine' piscis et sex canes ex se natos habebat, eaque sex socios Ulyssis nave abreptos consumpsit. In insulam Siciliam ad Solis pecus sacrum [venerat], quod socii eius cum coquerent, in aëno mugiebat: [monitus] id ne attingeret ab Tiresia et a Circe monitus Ulysses cum [Ulysses] condormiret, socii involarunt pecus; itaque cum coquerent, carnes ex aëno dabant balatus. ob id Iovis navem eius fulmine incendit. itaque † multos socios ob eam causam ibi amisit. Ad Charybdin, quae ter die obsorbebat terque eructabat: eo monitu Tiresiae praetervectus est; sed ira Solis perlatus, quod pecus eius erat violatum, cum in insulam eius venisset, |lic|et monitu Tiresiae vetuerit violari. ex his

---

1 nausiphoum F corr Mic. i. m ‖ proficiscens ad Avernum delatus schol 2 descendit. |reliquos labores eius Tyrhesias vates edocuit|. Schol. l. c. ‖ *Elphenorem* Comm *7 lacunam indicavit Lange p. 9 11 tandiu F tamdiu Comm 13 obduravit F corr Comm 14 malum F secl. Sch, corr Σ coll. Serv. Aen. V 504 15 partem om F adi. Comm 17 ulyxis F *ulyssis* Σ *ulixis* Bu 18 'videntur hic corrupta quaedam, quaedam etiam transposita esse, noluimus tamen quicquam ab antiquo exemplari recedere' Mic. i. m ‖ *venerat* secl Σ 19. 21 aheno F *aëno* Bu 19 *monitus* secl. Σ 20 *Ulysses* secl Σ 21 *idque* coni Hermann 22 *cunctos* coni Σ ‖ 'itaque multos . . . violari' post 'monitus Ulysses' habet F traiecit Σ 23 charybdinque perlatus ter F traiecit et corr Σ 24 *eam* Sch ‖ imo 'Circes' sed mutare nolui. ceterum hoc voluisse videtur auctor: eò, cum monitu Circes eam praetervectus esset, ira Solis est perlatus 26 et F *licet* Σ

locis errans, naufragio facto, sociis amissis, enatavit. In insulam Aeaeam* Calypso Atlantis filia nympha, quae specie Ulyssis capta anno toto eum retinuit neque a se dimittere voluit donec Mercurius Iovis iussu denuntiavit nymphae ut eum dimitteret. [et] ibi facta rate Calypso omnibus rebus ornatum eum dimisit*. eamque ratim Neptunus fluctibus disiecit, quod Cyclopem filium eius lumine privaverat. ibi cum fluctibus iactaretur, Leucothoe, quam nos matrem matutam dicimus, quae in mari exigit aevum, balteum ei dedit, quo sibi pectus suum vinciret, ne pessum abiret. quod cum fecisset enatavit. Inde in insulam Phaeacum venit nudusque ex arborum foliis se obruit, qua Nausicaa Alcinoi regis filia vestem ad flumen lavandam tulit. ille erepsit e foliis et ab ea petit ut sibi opem ferret. illa misericordia mota pallio eum operuit et ad patrem suum eum adduxit. Alcinous hospitio liberaliter acceptum donisque decoratum in patriam Ithacam demisit. [ira Mercurii iterum naufragium fecit.] post vicesimum annum sociis amissis solus in patriam redit. — Et cum ab omnibus ignoraretur domumque suam attigisset, procos qui Penelopen in coniugium petebant obsidentes vidit regiam seque hospitem simulavit: at Euryclia nutrix ipsius dum pedes ei lavat ex cicatrice Ulyssem esse cognovit. postea procos Minerva adiutrice cum Telemacho filio et duobus servis interfecit sagittis.

---

2 'Homerus hanc insulam Ogygiam vocat et erant quoque in vetusto exemplari quaedam erasa et pro iis Aeaeam ab indocto aliquo superinductum' Micyllus in margine p. 39 a cf. tamen Propert. III 10, 31 Pompon. Mel. I 7 ‖ |*quam inhabitabat*| *Calypso* coni Mu, forte *ad . . filia*|*m*| *nympha*|*m*| Σ ‖ spetie F corr Comm 4 denunciavit Comm ‖ [*et*] secl. Sch 5 *dimisit.* |*at ira Neptuni iterum naufragium fecit.*| *namque ratim* coni Σ 7 imo Leucothea ‖ cf. Pindar. Ol. II 28—30 8 baltheum error in Comm 10 pheacum F corr Comm 11 *quo* Lange p. 51 12 [*ad flumen*] secl. Lange l. l ‖ *lavandum* error in Comm 15 seclusa ad l. 5 retraxit et corr Σ 16 |*ita*| *post?* 17 hucusque auctor expressit Hom. Odyss. ψ 310—341 reliqua ab alio assuta videri possint ‖ hominibus F corr Mu 19 et F *at* Sch Mu

Haec in veteri exemplari in margine annotata erant:

Deioneus genuit Cephalum, Cephalus Archium, Archius Laertem, Laertes Ulyssem, Ulysses ex Circe Telegonum, ex Penelope Telemachum, Telegonus ex Penelope Ulyssis coniuge, Italum qui Italiam suo nomine appellavit, è Telemacho Latinus qui latinam linguam ex suo nomine cognominavit. Homerus pro Archio Laërtis patre Arcesium habet, Ovid. tamen non Cephali, sed Iovis filium Arcesium facit.

CXXVI Ulyssis cognitio

Ulysses ab Alcinoo rege Nausic|a|ae patre cum esset muneribus dimissus naufragio facto nudus Ithacam pervenit ad quandam casam suam, ubi erat nomine Eumaeus sybotes [hoc est subulcus † pecoris]. quem canis cum agnosceret et ei blandiretur, Eumaeus eum non recognoscebat, quoniam Minerva eum et habitum eius commutaverat. Eumaeus eum rogavit unde esset. [et] ille ait, se naufragio huc pervenisse. quem cum pastor interrogaret, an Ulyssem vidisset, dixit se comitem eius esse et signa et argumenta coepit dicere. quem mox Eumaeus casa recepit, cibo potuque animavit. Quo cum venissent famuli missi solito more pecora petitum, et ille interrogasset Eumaeum qui essent, ait: 'post Ulyssis profectionem cum iam tempus inter[in]cederet, proci Penelopen in coniugium petentes venerunt; quos illa conditione ita differt: „cum telam detexuero, nubam" (quam interdiu * detexebat, et sic eos differebat). nunc autem illi cum ancillis Ulyssis discumbunt et pecora eius consumunt'. Tunc Minerva effigiem suam ei restituit: subito sybotes ut vidit Ulyssem esse tenens amplectensque lacrimari coepit prae gaudio et admirari quid esset illud quod eum immutaverat. cui Ulysses ait: 'crastino die perduc me in regiam ad Penelopen'. quem cum duceret, Minerva ei iterum faciem mendici transformavit. Quem cum Eumaeus ad mnesteras perduxisset et cum ancillis |illi| discumberent, ait ad illos: 'habetis ecce alterum mendicum, qui cum Iro vos delectet'. tunc Melanthius unus e mnesteribus ait: 'imo inter se luctentur, et victor accipiet ventriculum fartum et harundinem, unde victum eiciat'. Qui cum luctati essent et Ulysses Irum applosisset atque eum eiecisset, Eumaeus in mendici persona Ulyssem ad Eurycliam nutricem perduxit dicitque eum socium Ulyssis fuisse, cui cum* vellet, Ulysses ei os compressit, atque Penelopen etiam

---

CXXVI agnitio index 1 nausicae h. e nausicae, F Comm 2 |*in patriam*| *Ithacam* coni Σ 3 *subulcus, porcarius* coni Σ 6 [*et*] secl Σ 9 |*et*| *cibo* malit Σ 12 *intercederet* Sch ‖ penelopem F *penelopen* Mu 13 tela h. e telã F corr Comm 14 |*textam noctu*| *retexebat* conicias ope Barthii, sed servato id quod est *detexebat* praestiterit |*textam cum clam noctu retexeret nunquam illa*| *detexebat* 17 lachrymari F 19 penelopem F 20 |*in*| *mendici* Barth 21 |*illi*| Sch 23 Antinous Mic. i. m 24 farsum F *fartum* Sch 25 iterum F *in terram* Mic. i. m *Irum* Iuda Bonutius 28 *cui*

praemonuit, ut arcum et sagittas eius daret procis, ut qui ex iis eum intendisset eam uxorem duceret. quae cum fecit inter se certarent et nemo pos|se|t intendere, Eumaeus ait deridendi gratia: 'demus**' *non pateretur Melanthius, qui erat* *Eumaeus arcum seni tradidit. ille omnes procos confixit excepto Melanthio servo. is clam procis* deprehensus est. cui nares et brachia et reliquas partes membrorum minutatim secuit, [atque domum suam cum coniuge potitus est.] ancillas autem suas iussit corpora eorum ad mare deferre, in quas rogatu Penelopes post caedem procorum Ulysses animadvertit.

CXXVII Telegonus

Telegonus Ulyssis et Circes filius missus a matre ut genitorem quaereret, tempestate in Ithacam est delatus ibique fame coactus agros depopulari coepit. Cum quo Ulysses et Telemachus ignari arma contulerunt. Ulysses a Telegono filio est interfectus, quod ei responsum fuerat ut a filio caveret mortem. Quem postquam cognovit qui esset, iussu Minervae cum Telemacho et Penelope in patriam redierunt, in insulam Aeaeam ad Circen Ulyssem mortuum deportarunt ibique sepulturae tradiderunt. Eiusdem Minervae monitu Telegonus Penelopen Telemachus Circen duxerunt uxores. |ex| Circe et Telemacho natus est Latinus qui ex suo nomine Latinae †linguae nomen imposuit: ex Penelope et Telegono natus est Italus qui Italiam ex suo nomine denominavit.

CXXVIII Augures

Ampycus Elati filius Mopsus Ampyci filius
Amphiaraus Oeclei vel Apollinis filius

---

cum |pedes lavaret et ex cicatrice Ulyssem esse cognovisset idque Penelopae renuntiare, coniugem eius adesse| vellet coni. Σ ‖ penelopem F corr Mu ‖ et eam F *etiam* Sch 2 *quae fecit. cum* Mu 3 post intendere F corr Mic. i. m 'post intenderet' error Comm 4 *|etiam huic mendico experiundi potestatem. quod cum|* suppl Mu ‖ **|iussu Penelopes|* vel **iussu Telemachi| Eumaeus* coni Σ 6 *|arma cum afferret|* suppl Σ 7 *domo sua* Mic. i. m frustra 9 cedem F corr Comm

CXXVII Argumentum est libri secundi Telegoniae Eugammonis Cyrenensis, quocum conciuit Hagias Colophonius in Nostis 17 aeacam F corr Mic. i. m 19 penelopem F Comm ‖ *|ex|* adi Bu 20 *terrae* Sch *genti* Wopkens, neutrum placet

23 amycus F *ampycus* Sch

Tiresias Eueris filius Manto Tiresiae filia
Polyidus Coerani filius Helenus Priami filius
Cassandra Priami filia Calchas Thestoris filius
Theoclymenus Thestoris filius Telemus
. . . . . .
Protei filius Telemus Eurymi filius
Sibylla Samia: alii Cumaeam dixerunt.

|CXXIX Oeneus|

Liber cum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althaeam Thestii filiam uxorem Oenei adamavit. quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit simulatque se sacra facere: at Liber cum Althaea concubuit, ex qua natus est Deianira; Oeneo autem ob hospitium liberale muneri vitem dedit monstravitque quomodo sereret, fructumque eius ex nomine hospitis oenon ut vocarent instituit.

|CXXX Icarius et Erigone|

Cum Liber pater ad homines esset profectus, ut suorum fructuum suavitatem atque iucunditatem ostenderet, ad Icarium et Erigonam in hospitium liberale devenit. iis utrem plenum vini muneri dedit iussitque ut in reliquas terras propagarent. Icarius plaustro onerato cum Erigone filia et cane Maera in terram Atticam ad pastores devenit et genus suavitatis ostendit. pastores cum immoderatius biberent ebrii facti conciderunt, qui arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse fustibus eum interfecerunt. Icarium autem occisum canis ululans Maera *Erigonae monstravit ubi

---

1 eurymi F corr Mu 4 theoclimenus F teoclimenus Comm corr Mu ‖ Theoclimenus Polyphidae (leg. Polyphidis secundum Homer. Odyss. o 252. 6) filius Theonoe Protei filia coni. Mic. i. m dittographiam secl. Σ 6 cymeam F corr Sch

|CXXIX Oeneus| addidit Micyllus cuius haec sunt verba in margine p. 40 posita: 'Fabulae quae hinc ad Marsyã usq; (h. e, ad cap. lxv.) sequuntur capit. suis et numero inscriptae non erant in veteri exemplo, quae nos tamẽ ad indicẽ restituimus' 12 vocaretur F *vocarent* vel *vocaremus* Σ

CXXX *icarus erigone et canis* index 18 mera F corr Mu 19 eis genus hoc schol in Germanici Aratea p. 78 Buhle, *genus suave vitis* Nic Heinsius, γάνος latere olim suspicatus est Σ (ἀμπέλου γάνος) nunc |*novum*| *genus suavitatis* |*eis*| conicio 22 mera F ‖ *Maera* |*cum requireret*| coni Σ coll. schol in Caesaris Germanici Aratea p. 389 ed Eyssenh.: 'cum miserando ululatu mortuum (mortem P mortem mortem B

pater insepultus iaceret. quo cum venisset, super corpus parentis in arbore suspendio se necavit. ob quod factum Liber pater iratus Atheniensium filias simili poena afflixit. de ea re ab Apolline responsum petierunt. quibus responsum est*, quod Icarii et Erigones mortem neglexissent. quo responso de parentibus supplicium sumpserunt et Erigonae diem festum oscillationis pestilentiae causa instituerunt, et ut per vindemiam de frugibus Icario et Erigonae primum delibarent. — [Qui deorum voluntate in astrorum numerum sunt delati. Erigone signum virginis, quam nos Iustitiam appellamus, Icarius arcturus in sideribus est dictus, canis autem Maera canicula.]

|CXXXI Nysus|

Liber cum in Indiam exercitum duceret, Nyso nutricio suo, dum ipse inde rediret, regni Thebani potestatem tradidit: sed posteaquam inde reversus est Liber, Nysus regno cedere noluit. Liber cum nutricio contendere noluit passusque est eum regnum obtinere, dum occasio sibi regni recuperandi daretur. itaque post annum tertium cum eo redit in gratiam, simulatque in regno se sacra facere velle, quae trieterica dicuntur, quoniam post tertium annum faciebat, militesque muliebri ornatu pro Bacchis introduxit et Nysum cepit regnumque suum recuperavit.

|CXXXII Lycurgus|

Lycurgus Dryantis filius Liberum de regno fugavit. quem cum negaret deum esse vinumque bibisset et ebrius matrem suam violare voluisset, tunc vites excidere est conatus, quod diceret illud malum medicamentum esse, quod mentes immutaret. qui insania ab Libero obiecta uxorem suam et filium interfecit. ipsumque Lycurgum Liber

---

del. Eyssenh. corr Σ) requirens canis'. hoc, quam id quod est 'pater', delere malui || erigone F corr Comm 1 *quae cum venisset ubi pater insepultus iaceret* frustra Bu 4 *est |iram Liberi esse| quod* coni Σ 6 erigone F corr Comm 8 deliberarent F corr Mic. i. m et Iuda Bonutius 9 iusticiam F corr Comm 10 mera F || cf. Eratosthenes ap. schol. Hom. Il. X 29, quem expressit noster

|CXXXI Nisus| add Micyllus 12 Niso F corr Mu 14 nisus F 19 *fiebant?* 20 nisum F

|CXXXII Lycurgus| add Micyllus 21 driantis F corr Mu 25 *ipsum |deni|que?*

pantheris obiecit in Rhodope, qui mons est Thraciae, cuius imperium habuit. — [Hic traditur unum pedem sibi pro vitibus excidisse.]

|CXXXIII Hammon|

Liber in † India cum aquam quaereret nec invenisset, subito ex harena aries dicitur exiise. quo duce Liber cum aquam invenisset petit ab Iove, ut eum in astrorum numerum referret, [qui adhuc hodie aequinoctialis aries dicitur]; in eo autem loco ubi aquam invenerat templum constituit, quod Iovis Hammonis dicitur.

|CXXXIIII Tyrrheni|

Tyrrheni qui postea Tusci sunt dicti cum piraticam facerent, Liber pater impubis in navem eorum conscendit et rogat eos, ut se Naxum deferrent. qui cum eum sustulissent atque vellent ob formam constuprare, Acoetes gubernator eos inhibuit; qui iniuriam ab eis passus est. Liber ut vidit in proposito eos permanere, remos in thyrsos commutavit vela in pampinos rudentes in hederam: deinde leones atque pantherae prosiluerunt. qui ut viderunt, timentes in mare se praecipitaverunt: quos deus in mari in aliud monstrum transfiguravit; nam quisquis se praecipitaverat in delphini effigiem transfiguratus est, unde delphini Tyrrheni * sunt appellati et mare Tyrrhenum est dictum. Numero autem fuerunt duodecim his nominibus: Aethalides Medon Lycabas Libys Opheltes Melas Alcimedon Epopeus Dictys † Simon Acoetes[. hic gubernator fuit], quem ob clementiam Liber servavit.

|CXXXIII Hammon] add Micyllus Plenius haec narrat Schol Stat. Theb. III 476: Liber, cum ex India veniens in deserta et in extrema parte Libyae teneretur ac siti laboraret exercitus, dicitur rogasse Iovem ut se patrem probaret. unde ex harena subito aries apparuit, quo duce Liber aquam invenit, petitque Iovem, ut arietem in astra transferret. in eo autem loco in quo aqua fluxit templum constituit, quod Iovis Hammonis dicitur. simulacrum autem eius adiectis cornibus arietinis confectum est, de quo templo postea dicuntur data esse oracula 5 *exisse?*

12 acetes F corr Comm 16 quod et F *quos et* Mic *quos deus* Σ, nam *quod* [*et in . . . et*] *mare Tyrrhenum est dictum* ne audacius sit vereor 18 tyrrheni greges Stat. Ach. I 56 20 ethalides F *Aethalion* Ovid. Met. III 647 *Aethalides* Bu ‖ Melanthus Ovid. Met. III 617 21 'apud Ovid. contra Simonis nulla mentio fit' Mic 22 *servavit* |*et Proreus*| Micyllus ex Ovid. Met. III 634 addens 'hic in veteri exem-

|CXXXV Laocoon|

Laocoon †Acoetis filius Anchisae frater Apollinis sacerdos contra voluntatem Apollinis cum uxorem duxisset atque liberos procreasset, sorte ductus ut sacrum faceret Neptuno ad littus, Apollo occasione data a Tenedo per fluctus maris dracones misit duos, qui filios eius Antiphaten et Thymbraeum necarent; quibus Laocoon cum auxilium ferre vellet, ipsum quoque nexum necaverunt. Quod Phryges idcirco factum putarunt, quod Laocoon hastam in equum troianum miserit.

|CXXXVI Polyidus|

Glaucus Minois et Pasiphaae filius dum ludit pila, cecidit in dolium melle plenum. quem cum parentes quaererent Apollinem sciscitati sunt de puero. Quibus Apollo respondit: 'monstrum vobis natum est; quod si quis solverit, puerum vobis restituet'. Minos sorte audita coepit monstrum a suis quaerere, cui dixerunt natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, primum album secundo rubeum deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures convocavit. qui cum non invenirent, Polyidus Coerani filius †Bizanti monstrum demonstravit, eum †arbori moro similem esse; nam primum album est, deinde rubrum, cum permatur[a]uit nigrum. tunc Minos ait ei: 'ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas'. quod Polyidus dum auguratur, vidit noctuam super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem: augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. cui Minos ait: 'corpore invento nunc spiritum restitue'. quod Polyidus cum negaret

---

plari omissus erat' ‖ *decem* his nominibus Aethalion Medon Lycabas Libys — Opheltes Dictys Mela|nthu|s Alcimedon Epopeus; Acoetes et q. s coni. Σ coll. Ovid. Met. III 647. 671. 673. 676 — 605. 615. 617. 618. 619. 641

|CXXXV laocoon| add Micyllus 3 |*essetque*| *sorte* coni Σ ‖ Virgil Aen. II 201. 3 5 antiphantem F *Antiphatem* Bu ‖ thimbre,um F corr Comm 6 *nexu* vel *innexum* coni Sch 7 Virg. Aen. II 231

|CXXXVI polyidus| add Micyllus 9 *Pasiphaes* Bu 14 [*per quaternas horas*] Tollius 15 *denique* Sch ‖ antem F ex typographi errore 16 invenirentur F *invenirent* Mu *invenirent, tum* Sch 17 *dubitantibus* Σ 17. 18 *rubi moro* coni Mu probante Heynio ad Apollod III 3 p. 546 *colore moro* coni Σ 19 *permaturuit* Mu

posse fieri, Minos iubet eum cum puero in monumento includi et gladium poni. qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit, quod Polyidus existimans eum velle consumere gladio repente percussit et occidit. altera serpens parem quaerens vidit eam interfectam et progressa herbam attulit atque eius tactu serpenti spiritum restituit: idemque Polyidus fecit. qui cum intus vociferarentur, quidam praeteriens Minoi nuntiavit; qui monumentum iussit aperiri et filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.

|CXXXVII Merope|

Polyphontes Messeniae rex Cresphontem Aristomachi filium * cum interfecisset eius imperium et Meropen uxorem possedit

[Cum quo Polyphontes occiso Cresphonte regnum occupavit] filium autem eius infantem Merope mater [quem ex Cresphonte habebat] absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit. hunc Polyphontes maxima cum industria quaerebat aurumque pollicebatur si quis eum necasset. qui postquam ad puberem aetatem venit capit consilium, ut exequatur patris et fratrum mortem. itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum, dicens se Cresphontis interfecisse filium et Meropes Telephontem. interim rex eum iussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. qui cum per lassitudinem obdormisset, senex qui inter matrem et filium internuncius erat, flens ad Meropen venit negans eum apud hospitem esse nec comparere. Merope credens eum esse filii sui interfectorem qui dormiebat, in chalcidicum cum securi venit inscia, ut filium suum interficeret: quem senex cognovit et matrem ab scelere retraxit. Merope postquam vidit occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi redit cum Polyphonte in gratiam. rex laetus cum rem

---

3 aestimans F corr Σ 4 *obrepentem?* 5 *eum interfectum?* 6 *idemque |puero|?* |CXXXVII merope| add Micyllus 10 *|et filios eius adultos|* excidisse susp. Σ 11 meropem F corr Mu ‖ 'vide latius infra in Pentheo' Mic. i. m (h. e. p. 38, 4)

12. 13 'cum . . . occupavit' et 'quem . . . habebat' illata ab eo esse, qui haec narrationi de Pentheo et Agaue fab. CLXXXIIII adaptare conatus est intellexit Bursian IIB XCIII p. 773, 26 19 meropis F corr Mu ‖ 'interim' post 'obdormisset' retractum malit Σ 22 meropem F corr Mu 26 venit F *videt* Mic. *vidit* Barth *invenit* Sch

divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse eumque interfecit patriumque regnum adeptus est.

CLXXXV Atalanta

Schoeneus Atalantam filiam virginem formosissimam dicitur habuisse, quae virtute sua cursu viros superabat. ea petiit a patre ut se virginem servaret. itaque cum a pluribus in coniugium peteretur, pater eius simultatem constituit, qui eam ducere vellet prius in certamine cursu cum ea contenderet, termino constituto, ut ille inermis fugeret haec cum telo insequeretur; quem intra finem termini constitu* ta fuisset interficeret, cuius caput in stadio figeret. plerosque cum superasset et occidisset novissime ab Hippomene Megarei et Meropes filio victa est. hic enim a Venere mala tria insignis formae acceperat, edoctus quis usus in eis esset. qui in ipso certamine iactando puellae impetum alligavit. illa enim dum colligit et ammiratur aurum, declinavit et iuveni victoriam tradidit. cui Schoeneus ob industriam libens filiam suam dedit uxorem. Hanc cum in patriam duceret, oblitus beneficio Veneris se vicisse, grates ei non egit. irata Venere in monte Parnaso cum sacrificaret Iovi victori, cupiditate incensus cum ea in fano concubuit. quos Iuppiter ob id factum in leonem et leam convertit, quibus dii concubitum Veneris denegant.

CLXXXVI Melanippe

Melanippen Desmontis filiam (sive Aeoli ut alii poetae dicunt) formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. quod cum Desmontes rescisset [et] Melanippen excaecavit et in

---

1 *percussisse* suspectum, *percuss|urum| esse?*

4 *sua |ac| cursu* coni Sch ‖ *cursu* secl. Lange p. 20 6 eius] *eis* Sch ‖ Ovid. Met. X 570 7 ut ille F *et ille* Sch 9 constituta F Comm *consecuta* Iuda Bonutius *constitu|ti assecu|ta* coni Σ ‖ *et eius* malit Sch Ovid. l. c. 605 12 eis] illis Ovid. Met. X 651 ‖ qui] *quae* coni. Mu Sch 14 Ovid. Met. X 667 17 Ovid. l. l. 682 'nec grates immemor egit' ‖ *Parnasso* Bu 19 laeam F corr Mu *flcaenam* Sch) ‖ ceterum hanc narrationem loco non suo legi monet Bursian IIB XCIII p. 779

21 Desmontis] 'effinxit Hyginus cum in Graeco exemplari invenisset περὶ Μελανίππης (sic Dositheus p. 67)' τῆς δεσμώτιδος' Nauck trag. fr. p. 408 praeeunte Wagnero. cf. Bursian IIB XCIII p. 784. Chironis erat filia secundum Euripidem 23 [*et*] secl. Bu ‖ melanippen F *melanippē* Comm

munimento conclusit; cui potum atque cibum exiguum praestari iussit, infantes autem feris proiici. qui cum proiecti essent, vacca lactens veniebat ad infantes et ubera praestabat. quod cum armentarii vidissent tollunt eos ut educarent. Interim Metapontus rex Icariae a coniuge Theano petebat, ut sibi liberos procrearet, |a|ut regno cederet. illa timens mittit ad pastores ut infantem aliquem explicarent, quem regi subderet: qui miserunt duos inventos: ea regi Metaponto pro suis supposuit. postea autem Theano ex Metaponto peperit duos. cum autem Metapontus priores valide amaret, quod formosissimi essent, Theano quaerebat ut eos tolleret et filiis suis regnum servaret. Dies advenerat ut Metapontus exiret ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano occasione nacta indicat filiis suis eos * suppositicios priores esse; itaque cum in venatione|m| exierint, eos cultris interficite. illi autem matris monitu cum in montem exissent, praelium inter se commiserunt: Neptuno autem adiuvante Neptuni filii vicerunt et eos interfecerunt. quorum corpora cum in regia|m| allata essent, Theano cultro venatorio se interfecit; ultores autem Boeotus et Aeolus ad pastores ubi educati erant confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat, ex se esse natos et matrem in custodia teneri. qui ad Desmontem pervenerunt eumque interfecerunt et matrem custodia liberarunt; cui Neptunus lumen restituit. eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem et indicant ei perfidiam Theanus. post quae Metapontus duxit coniugio Melanippen eosque sibi filios adoptavit; qui in Propontide ex suo nomine condiderunt Boeotus Boeotiam Aeolus Aeoliam.

CLXXXVII Alope

Alope Cercyonis filia formosissima cum esset, Neptunus eam compressit, qua ex compressione peperit infantem quem inscio patre

---

5 ut F |a|ut Iuda Bonutius et Mic. i. m ‖ *nisi sibi liberos procrearet ut* Nauck l. c. p. 409 12 *occasionem* Nauckius 13 *eis suppositicios* vel *eos suppositiciis* Sch *eos priores suppositicios* Barthius *eos |ex se natos,| suppositicios* coni. Lange p. 9, 2 ‖ *aitque* coni Σ 14 *venationem* Barthius ‖ exirent F *exierint* Iuda Bonutius ‖ interficite F *interficere iubet* Mic. i. m *interficerent* Mu, neutro opus 17 regia F *regiam* Bu 18 boetus F *bocotus* Mu 25 boetus boetiam F corr Mu ‖ ceterum hac narratione argumentum fabulae tragicae, fortassis Melanippes desmotidis Euripideae, contineri ex verbis primo capiti illatis 'vel ut alii poetae dicunt' apparet. cf. Lange p. 21. 52

nutrici dedit exponendum. qui cum expositus esset, equa venit et lac ei praestabat. quidam pastor equam persecutus vidit infantem atque eum sustulit. qui veste regia indutum cum in casam tulisset, alter compastor rogavit, ut sibi eum infantem donaret: ille ei donavit sine veste. cum autem inter eos iurgium esset, quod qui puerum acceperat insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret, contendentes ad regem Cercyonem venerunt et contendere coeperunt. ille autem qui infantem donatum acceperat repetere insignia coepit. quae cum allata essent et agnosceret Cercyon, ea esse ex veste scissa filiae suae, Alopes nutrix timens regi indicium fecit, infantem eum Alopes esse. qui filiam iussit ad necem includi, infantem autem proiici. quem iterum equa nutriebat, pastores iterum inventum sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari, atque nutrierunt nomenque ei imposuerunt Hippothoum. Theseus cum ea iter faceret a Troezene, Cercyonem interfecit: Hippothous autem ad Theseum venit regnaque avita rogavit. cui Theseus libens dedit, cum sciret eum Neptuni filium esse, unde ipse genus ducebat. Alopes autem corpus Neptunus in fontem commutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.

CLXXXVIII Theophane

Theophane Bisaltidis filia formosissima virgo. hanc cum plures proci peterent a patre, Neptunus sublatam transtulit in insulam †Crumissam. quod cum proci eam scissent ibi morari nave comparata †Crumissam contendere coeperunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanen in ovem commutavit formosissimam, ipse |se| autem in arietem, cives autem †Crumissenses in pecora. quo cum proci venissent neque ullum hominem invenirent, pecora mactare coeperunt atque ea victu consumere. hoc Neptunus ut vidit, in pecora commutatos consumi, procos in lupos convertit, ipse autem ut erat aries cum Theophane concubuit. ex quo natus est aries

---

10 scissae F corr Iuda Bonutius ‖ regi iudicium F *regis iudicium* Comm corr Iuda Bonutius 17 sciret F *rescisset* Lange p. 52 ‖ Hesych. I 131, 41

20 bysaltidis F corr Stav. imo *Bisalt[id]is* [*filia*] Ovid. Met. VI 117 'aries Bisaltida fallis', sed cave ipsum auctorem corrigas 22 *Crionesum* coni Mu latere videtur nomen in — ξα vel ζα exiens 24 theophanem F corr Bu ‖ |se| add Sch 27. 28 *in p. c. consumi* abesse malit Σ 29 *ex quo* |*concubitu*| ?

chrysomallus, qui Colchos Phrixum vexit. cuius pellem Aeeta in luco Martis habuit positam; quam Iason sustulit.

CLXXXVIIII Procris

Procris Pandionis filia. hanc Cephalus Deionis filius habuit in coniugio. qui cum mutuo amore tenerentur, alter alteri fidem dederunt, ne quis cum alio concumberet. Cephalus autem cum studio venandi teneretur et matutino tempore in montem exisset, Aurora Tit|h|oni coniunx eum adamavit petitque ab eo concubitum. cui Cephalus negavit, quod Procri fidem [de]dederat: tunc Aurora ait: 'nolo ut fallas fidem, nisi illa prior fefellerit'. itaque commutat eum in hospitis figuram atque dat munera speciosa quae Procri deferret. quo[d] cum Cephalus venisset immutata specie munera Procri dedit et cum ea concubuit. tunc ei Aurora speciem hospitis abstulit. quae cum Cephalum vidisset, sensit se ab Aurora deceptam et inde profugit in Cretam insulam, ubi Diana venabatur. quam cum Diana conspexisset ait ei: 'mecum virgines venantur, tu virgo non es, secede de hoc |coe|tu'. cui Procris indicat casus suos et se ab Aurora deceptam. Diana misericordia tacta dat ei iaculum, quod nemo evitare posset et canem Laelapem, quem nulla fera effugere posset et iubet eam ire et cum Cephalo contendere. ea capillis demptis iuvenili habitu Dianae voluntate ad Cephalum venit eumque provocavit: quem in venatione superavit. Cephalus ut vidit tantam potentiam canis atque iaculi esse, petit ab hospite, non existimans coniugem suam esse, ut sibi iaculum et canem venderet; illa negare coepit: regni quoque partem pollicetur; illa negat 'sed si utique, ait, perstas id possidere, da mihi id quod pueri solent dare'. ille amore iaculi et canis incensus promisit se daturum. qui cum in thalamos venissent, Procris tunicam levavit et ostendit se f[o]eminam esse et coniugem illius; cum qua Cephalus muneribus acceptis

---

1 phryxum F corr Stav ‖ aeta F corr Comm

3 *Procris |Erechthei| Pandionis |filii| filia* Bu ‖ *Deionei* coni Sch 7 titoni F corr Comm 8 *Procridi?* ‖ dedederat F corr Comm 10 *Procridi?* 11 quod F *quo* Comm ‖ *Procridi?* 12 spetiem F corr Comm 16 recede F Ovid. Met. II 465 Cynthia: deque suo iussit secedere cootu' ‖ tu F *coetu* corr Mic. i. m 16. 17 *et se ab Aurora deceptam* suspecta sunt Σ 19 concedere F corr Mic. i. m 22 aestimans F corr Σ

redit in gratiam. nihilominus illa timens Auroram matutino tempore secuta eum, ut observaret, atque inter virgulta delituit. quae virgulta cum Cephalus moveri vidit, iaculum inevitabile misit et Procrin coniugem suam interfecit. ex qua Cephalus habuit filium Arcesium, ex quo nascitur Laertes Ulyssis pater.

CXC Theonoe

Thestor mantis habuit Calchantem filium et Leucippen filiam et Theonoen quam ludentem a mari piratae rapuerunt et detulerunt in Cariam; quam rex Icarus sibi in concubinatum emit. Thestor autem filia amissa inquisitum profectus est, qui naufragio in terram Cariam venit et in vincula est coniectus ibi, ubi et Theonoe moratur. Leucippe autem patre et sorore amissis Delphos petit, an eorum foret investigatio. tum Apollo respondit: 'pro meo sacerdote per terras vade et eos reperies'. Leucippe sorte audita capillos totondit atque pro iuvene sacerdote circum terras exit investigatum. quae cum in Cariam devenisset et Theonoe eam vidisset, existimans sacerdotem esse in amorem eius incidit iubetque ad se perduci, ut cum eo concumberet. illa autem quia f[o]emina erat negat id posse fieri: Theonoe irata iubet sacerdotem includi in cubiculum atque aliquem ex ergastulo venire, qui sacerdotem interficeret. quem ad interficiendum mittitur senex Thestor imprudens ad filiam suam: quem Theonoe non agnovit datque ei gladium et iubet eum sacerdotem interficere. qui cum intrasset et gladium teneret, Thestorem se vocitari dixit, duabus filiis Leucippe et Theonoe amissis ad hunc exit[i]um venisse, ut sibi scelus imperaretur. quod ille in se cum convertisset et vellet ipsum se interficere, Leucippe audito patris nomine gladium ei extorsit. quae ad reginam interficiendam ut veniret, patrem Thestorem in adiutorio vocavit, Theonoe

---

2 |*est*| *eum?* nisi praestet *observaret* * * *atque* 4 *ex qua . . . pater* an Hygini sint dubitat Σ || archium F corr Mic. i. m

6 leucippē F || *filias Leucippen?* 7 quem F *quam* Comm || *ad mare* dubitanter coni. Mu, rec. Bu 11 *petit** *an* Micyllus, non opus 16 aestimans F corr Σ || sacerdorem F 19 interfeceret F corr. Comm 21 quam F *quem* Mic. i. m et Iuda Bonutius 22 *qui* |*cubiculum*| *cum* Σ 23 *dixit* |*et*| coni Bu 24 ad hunc exitium F *ad hoc exitium* Comm 26 interfaciendam F corr Comm 27 *venit et* olim coni Σ || *in* secludere malit Bu *veniret adiutorio, patrem Thestorem invocavit* nunc coni Σ

patris nomine audito indicat se filiam esse eius; Icarus autem rex agnitione facta cum muneribus eum in patriam remisit.

CXCI rex Midas

Midas rex Mygdonius filius matris |I|deae a Tymolo |iudex est| sumptus eo tempore, quo Apollo cum Marsya [vel Pane fistula] certavit. quod cum Tymolus victoriam Apollini daret, Midas dixit Marsyae potius dandam. tunc Apollo indignatus Midae dixit: 'quale cor in iudicando habuisti, tales et auriculas habebis' quibus diris effecit ut asininas haberet aures. [Eo tempore] Liber pater cum exercitum in Indiam duceret, Silenus aberravit, quem Midas exceptum hospitio liberaliter accepit, atque ducem dedit qui eum in comitatum Liberi deduceret. At Midae Liber pater ob beneficium [de]optandi dedit potestatem, ut quicquid vellet peteret a se. |a| quo Midas petiit, ut quidquid tetigisset aurum fieret. quod cum impetrasset et in regiam venisset, quidquid tetigerat aurum fiebat. cum iam fame cruciaretur petit a Libero ut sibi speciosum donum eriperet. quem Liber iussit in flumine Pactolo se abluere, cuius corpus aquam cum tetigisset, facta est colore aureo. quod flumen nunc Chrysorrhoas appellatur in Lydia.

CXCII Hyas

Atlas ex Pleione sive** Oceanitide duodecim filias habuit et filium Hyantem. quem ab apro vel leone occisum dum lugent sorores ab eo luctu consumptae sunt. [Ex his quinque primae inter sidera relatae locum habent inter cornua tauri, Phaesyla Ambrosia Coronis Eudora Polyxo: quae a fratris nomine appellantur Hyades; easdem latine Suculas vocant. quidam aiunt in modum Y literae

---

3 migdonius F corr Comm ‖ deae F corr Sch ‖ timolo F corr Mu ‖ 'videtur nonnihil deesse' Mic. i. m. em Sch 4 [*vel Pane fistula*] secl Σ coll. Ovid. Met. XI 146 sqq 5 timolus F 7 auditis F *editis* Sch *diris* coni Σ 9 exceptum F corr Iuda Bonutius ‖ exercitum F corr Iuda Bonutius Barth advers. X 20 10 |*ei*| *dedit* Sch nisi malis *eique* pro 'atque' 11 *reduceret?* 12 optandi Ovid. Met. XI 100 ‖ |*a*| add Wopkens 15 spetiosum F corr Comm; speciosoque eripe damno Ovid. Met. XI 133 17 *aqua* frustra N Heinsius

CXCII hyas F *hyades* frustra Bu *hydon hyas alii* index 19 |*ex Aethra*| Mic. i. m. coll Timaeo ap. schol. Hom Il Σ 486 et schol. in Caes. German. Arat. p. 396, 20 ubi pro 'haec Thia ex Oceano' corrigendum *ex Aethra Oceani* 22 *Phaesyle* malit Σ

positas inde Hyadas dici; nonnulli quod cum oriantur pluvias efficiant (est autem graece ὕειν pluere); sunt qui existiment ideo has in sideribus esse, quod fuerint nutrices Liberi patris, quas Lycurgus ex insula Naxo †ediderat. C[a]eterae sorores postea luctu consumptae sidera facta|e| sunt, et quia plures erant Pleiades dictae. nonnulli existimant ita nominatas, quia inter se coniunctae (quod est πλησίον) adeo autem confertae sunt, ut vix numerentur, nec unquam ullius oculis certum est sex an septem existimentur. earum nomina haec sunt: Electra Alcyone Celaeno Merope Sterope Taygeta et Maia. Ex quibus Electram negant apparere propter Dardanum amissum Troiamque sibi ereptam. ⌈alii existimant Meropen conspici erubescere, quia mortalem virum acceperit, cum c[a]eterae deos haberent:⌋ ob eamque rem de choro sororum expulsa moerens crinem solutum gerit. quae cometes appellatur; sive longodes, quia in longitudinem producitur; sive xiphias, quia gladii mucronis effigiem producit: ea autem stella luctum portendit. ⌈* *⌋]

CXCIII Harpalycus

Harpalycus rex Amymnorum Thrax cum haberet filiam Har-

---

2 hyin F *ycin* schol. Germ. Bp uein P corr Mic. i. m 4 *edicto eiecerat* Barthius *exegerat* Mu, defendit Sch 5 facta F *factae* N Heinsius 6 *ideo* pro *ita* Sch 7 plesion F πλήσιον (imo πλησίον) Mic. i. m. coll schol. Hom. Il. p. 507 a 12 ed. Bekker || ideo F *ita* Micyllus Sch. *adeo* Barthius 9 alcione celeno F corr Comm 11 meropem F corr Mu 12 conspicere F conspici Mic. i. m *conspici se* Barth probante Mu 13 *ob* — 16 *portendit* ad Electram spectare et post l. 11 'ereptam' traicienda esse apparet ex cyclicis et Arato ap. schol. Hom. Il. p. 506 b (20) 48 — 50 Τροίας πορθουμένης τὴν Δαρδάνου μητέρα Ἠλέκτραν μίαν οὖσαν τῶν Πλειάδων φυγεῖν τε τὴν τῶν ἀδελφῶν σύνοδον καὶ τὰς κόμας λύσασαν ἐνίοτε κομήτην ἀστέρα φαίνεσθαι. 14 longodes F λογχώδης Mic. i. m *lonchotos* (λογχωτός) Sch, atqui recte habet λογγώδης sive λαγγώδης licet ineptum sit additum veriloquium 15 xifax F *xiphax* Comm corr Sch || Ceterum cum dubitari nequeat quin inscriptio fabulae fidem mereatur, l. 21 p. 122 *ex his* . . . l. 16 *portendit* ab Hygino profecta esse non possunt. praeterea additamentum et ipsum paullatim incrementa cepisse videbitur reputanti Timaei hanc fuisse narrationem latinitate donatam: 'ex his quinque primae inter sidera relatae locum habent inter cornua tauri Phaesyle Ambrosia Coronis Eudora Polyxo, quae a fratris nomine appellantur Hyades. caeterae sorores postea luctu consumptae sidera factae sunt et quia plures erant Pleiades dictae. earum nomina haec sunt Electra . . . Maia'. nam schol. Hom. Il. p. 506, b 39 vitiosa sunt verba τὰς δὲ λοιπὰς et sic corrigenda λύπαις ἀπόλλυνται, ταύτας δὲ κτλ.

CXCIII harpalicus F ubique corr Bu 17 amymaeorum F *amymneorum* Comm

palycen, amissa matre eius vaccarum equarumque eam uberibus nutrivit et crescentem armis exercuit, habiturus successorem regni sui. postmodum nec spes paternas puella decepit; nam |in| tantum bellatrix evasit ut etiam saluti fuerit parenti. nam revertens a Troia Neoptolemus cum expugnaret Harpalycum gravique eum vulnere affecisset, illa periturum patrem impetu facto conservavit fugavitque hostem. sed postea Harpalycus per seditionem civium interfectus est. Harpalyce graviter tum ferens patris mortem contulit se in silvas ibique vastando iumentorum stabula tandem pastorum concursu interiit.

CXCIIII Arion

Arion Methymnaeus cum esset arte citharae potens, rex Periandrus Corinthius eum dilexit. qui cum a rege petiisset* per civitatem artem suam illustrare et magnum patrimonium acquisisset, consenserunt famuli cum nautis ut eum interficerent. cui Apollo in quietem venit, eique dixit ut ornatu suo et corona decantaret et eis se traderet, qui ei praesidio venissent. quem cum famuli et nautae vellent interficere, petit ab eis ut ante decantaret. cum autem citharae sonus et vox eius audiretur, delphini circa navem venerunt, quibus ille visis se praecipitavit.* qui eum sublatum [attulerunt Corinthum ad regem Periandrum. qui] cum ad terram † exisset, cupidus viae delphinum in mare non propulit: qui ibi exanimatus est. qui cum casus suos Periandro narrasset, iussit Periandrus delphinum sepeliri et ei monimentum fieri. Post paucum tempus nunciatur Periandro navem Corinthum delatam tempestate, in qua Arion vectatus fuerat. quos cum perduci ad se imperasset et de Arione inquireret, dixerunt eum obisse et eum sepulturae tradidisse. quibus

---

Amymoniorum Serv. Aen. I 317 p. 62 Ἀμυμνοι St. Byz (ubi Ἀμύμνονες coni. Salmas.) || harpalicen F 3 |in| Sch$_1$ 7 civivium F

11 methimne,us F corr Comm || cytharae F corr Comm || Pyranthus F ubique, corr Mu Stav 12 |*ut sibi liceret*| excidisse patet e Servio Virg. Ecl. VIII 55 p. 152, qui pergit 'peragrare alias civitates' 18 cytharae F corr Comm 19 |*super unum*| myth. Vat. II 172 p. 134, 6 |*et ab uno delphino exceptus est.*| Serv. l. c. p. 153 recte 19. 20 [*attulerunt . . . qui*] secl. Σ || |*dev*|*exisset* coni Σ nisi etiam hic nonnulla exciderunt: *cum ad* |*litus venisset et ille in*| *terram exisset* 21 *protulit* error ed. Hervag. 1549 26 *tradidisse* |*se*| Sch

rex respondit: 'crastino die ad delphini monimentum iurabitis'. ob id factum eos custodiri imperavit atque Arionem iussit ita ornatum quomodo se praecipitaverat in monimento delphini mane delitescere. cum autem rex eos adduxisset iussissetque eos per delphini manes iurare Arionem obisse, Arion de monimento prodit. quod illi stupentes qua divinitate servatus esset, obmutuerunt. quos rex iussit ad delphini monimentum crucifigi. Apollo autem propter artem citharae Arionem et delphinum in astris posuit.

CXCV Orion

Iovis Neptunus Mercurius in Thraciam ad Hyrieum regem in hospitium venerunt. qui ab eo cum liberaliter essent excepti, optionem ei dederunt si quid peteret. Ille liberos optavit. Mercurius de tauro, quem Hyrieus ipse eis immolarat, corium protulit. illi in eum urinam fecerunt et in terram obruerunt; unde natus est Orion. Qui cum Dianam vellet violare, ab ea est interfectus. postea ab Iove in stellarum numerum est relatus. quam stellam Orionem vocant.

CXCVI Pan

Dii in Aegypto cum Typhonis immanitatem metuerent, Pan iussit eos, ut in feras bestias se converterent, quo facilius eum deciperent. quem Iovis postea fulmine interfecit: Pan deorum voluntate, quod eius monitu vim Typhonis evitarant, in astrorum

---

2 *factum* suspectum habet Σ, qui abesse malit aut scribere [*ob id fac*]*tum* 7 munimentum F corr Comm ‖ *cruci adfigi* Servius l. c. sed cf. fab. CCLVII 8 cytharae F corr Comm 7. 8 artem citharae Arionem] *amorem Arionis citharam* ope Servii l. c. coni Σ ‖ Ovid. Fast. II 105. 108. 111

9 *Tanagram?* cf. Euphorio schol. Hom. Il. p. 507, 34 ‖ byrseum F *Catrea* C (i. e. codex I G Schneideri) et tres libri Ulit. in Hygin. P. Astr. II 34, Catreus iidem ibidem, Caubrisa B P schol in Caesar. Germ. Arat. p. 413, 11 (h. e. Κατ Υριέα), *Hyreum* Mic. i. m corr Sch 11 ut si quid vellet ab iis exposceret schol Stat. Theb. III 27 p. 84, unde *quid* |*vellet*| *peteret* coni. Bu 12 hercules ypseo ei F corr Gronovius, atque 'eis' pro 'ei' schol. Stat. l. c 13 *et terra eum* aut *et in*|*iecta*| *terra* suadere videntur schol. German. p. 413, 15. 16 Ovid. Fast. V 533, alius malit *in terram* |*infossum*| *obruerunt* coll. schol. Stat. l. c. sed cf. fab. CXLVII 14 *ea* |*sagittis*| *est?*

18 [*feras*] *bestias* coni Σ ‖ Dositheus p. 70 Böcking αἰγόκερως ὅτι Τυφῶνα ἔσφαξεν

numerum relatus, et quod se in capram eo tempore converterat, inde aegocerus est dictus, quem nos capricornum dicimus.

CXCVII Venus

In Euphratem flumen de coelo ovum mira magnitudine cecidisse dicitur †quem pisces ad ripam evolverunt. super quod columbae consederunt et excalfactum exclusisse Venerem; quae postea dea Syria est appellata. et iustitia et probitate cum c[a]eteros exuperasset et ab Iove optione data* pisces in astrorum numerum relati sunt. et ob id Syri pisces non edunt et columbas ex deorum numero habent.

CXCVIII Nisus

Nisus Martis filius sive ut alii dicunt Deionis filius rex Megarensium in capite crinem purpureum habuisse dicitur. cui respo|n|sum fuit tam diu eum regnaturum quamdiu eum crinem custodisset. quem Minos Iovis filius oppugnatum cum venisset, a Scylla Nisi filia Veneris impulsu est amatus, quem ut victorem faceret patri dormienti fatalem crinem praecidit. itaque Nisus victus a Minoe est. cum autem Minos Cretam rediret, eum ex fide data rogavit, ut secum aveheret. Ille negavit Creten sanctissimam tantum scelus recepturam. illa se in mare praecipitavit, †ne persequeretur. Nisus autem dum filiam persequitur, in avem hali|a|eton id est aquilam marinam conversus est, Scylla filia in piscem, cirim quem

---

CXCVII cf. Dositheus p. 70 Ἰχθύες . . καλὰ ἦν 4 quem F *quod* Mic. i. m recte ni fallor ‖ *columbas consed|isse f|erunt et excalfactu*[*m*] coni. Σ nisi *columbam* praeferas coll. Nigidio ap. schol. Germanic. Arat. p. 402, 14 et Ampelio c. 2 et mox *excalfactione* vel [*ex*]*calfactu*[*m*] 6 et iusticia] F *iustitia* Comm |*ea*| *et iustitia* Sch *ea iustitia* Mu 7 [*et*] *ab* Sch *ei ab* Mu: neutrum recte ‖ lacunam indicavit Σ e Nigidio sic fere explendam: 'petiisset ut pisces, quum suam originem servassent immortali praemio adficerentur' 8. 9 'non edunt' in F post 'habent' posita trai. Σ ope Nigidii p. 403, l. 2, ubi quod B porrigit 'dicunt' (edunt P) fortasse *manducant* scribendum

10 *Pandionis* Meursius regn. att. p. 152 11 responsum F corr Comm 15 Ovid. Met. VIII 85 ‖ *secuit* schol. Stat. Theb. I 332 qui haec in brevius contraxit 17 Ovid. l. c. 99. 100 18 *ne* |*pater*| inepte Sch *ut persequeretur* Mu coll. Ovid. l. c. 141. 143, forte |*ut*| *navem persequeretur* 19 halieton F corr Mu *haliaeeton* Stav. Ovid. l. c. 146. 151

vocant. hodieque si quando ea avis eum piscem natantem conspexerit, mittit se in aquam raptumque unguibus dilaniat.

CXCVIIII Scylla altera

Scylla Crataeidis fluminis filia virgo formosissima dicitur fuisse: hanc Glaucus amavit, Glaucum autem Circe Solis filia. Scylla autem cum assueta esset in mari lavari, Circe Solis filia propter zelum medicamentis aquam inquinavit: quo Scylla cum descendisset, ab inguinibus eius canes sunt nati atque ferox facta. quae iniurias suas executa est; nam Ulyssem praenavigantem sociis spoliavit.

CC Chione

Cum Chione, sive ut alii poetae dicunt Philonide, Daedalionis filia, Apollo et Mercurius una nocte concubuisse dicitur. ea peperit ex Apolline Philammonem ex Mercurio Autolycum. quae postea in venatione in Dianam est locuta superbius. Itaque ab ea sagittis est interfecta. at pater Daedalion unicam filiam flendo ab Apolline est conversus in [avem daedalionem id est] accipitrem.

CCI Autolycus

Mercurius Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit ut furacissimus esset nec deprehenderetur in furto; ut quicquid surripuisset in quamcunque effigiem vellet transmutaretur, ex albo in nigrum vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo in mutilum ex cornuto. is cum Sisyphi pecus assidue involaret nec ab eo posset deprehendi, sensit eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur et suus minuebatur. qui ut eum deprehenderet in pecorum ungulis notam imposuit. qui cum solito more involasset et Si-

---

2 'laniaret' Ovid. l. c. 147

3 cratetis F *cateris* error vetustiorum corr Mu post Nic Heinsium ad Ovid. Met. XIII 749 coll Plin. n. h. III 5 Solin. 2, 22 et 8 Marcian. Capell. VI p. 215, 13 ed Eyss. (ubi grateide BR) 7 ἀπεδηριώθη Tzetz. ad Lycophr. p. 13 St. atque] *ipsaque?* || *quae ferox facta atque iniurias* coni Mu || *quae* [*postea*]*?* 8 in Circes odium sociis spoliavit Ulyssen Ovid. Met. XIV 71

14 *aesalonem* coni Sch. 'et nunc accipiter' Ovid. Met. XI 344

CCI fabula haec de Autolyco transformationibus inserta propter Chiones filium

16 nec] *et ne* coni Σ

syphus ad eum venisset et pecora sua ex ungulis deprehendit, quae ille involavit, et abduxit. qui cum ibi moraretur, Sisyphus Anticliam Autolyci filiam compressit. quae postea Laertae data est in coniugium, ex qua natus est Ulysses. ideo nonnulli au|c|tores dicunt †ypsipylon. ob hoc Ulysses versutus fuit.

CCII Coronis

Apollo cum Coronida Phlegyae filiam gravidam fecisset, corvum custodem ei dedit, ne quis eam violaret. cum ea Ischys Elati filius concubuit. ob id ab Iove fulmine est interfectus: Apollo Coronidem gravidam percussit et interfecit. cuius ex utero exsectum Asclepium educavit. at corvum qui custodiam praebuerat ex albo in nigrum commutavit.

CCIII Daphne

Apollo Daphnen Pen[a]ei fluminis filiam cum virginem persequeretur, illa a Terra praesidium petit. quae eam recepit in se et in arborem laurum commutavit. Apollo inde ramum fregit et in caput imposuit.

CCIV Nyctimene

Nyctimene Epopei regis Lesbiorum filia virgo formosissima dicitur fuisse. hanc Epopeus pater amore incensus compressit: quae pudore tacta silvis occultabatur. quam Minerva miserata in noctuam transformavit, quae pudoris causa in lucem non prodit sed noctu paret.

CCV Arge

Arge venatrix cum cervum sequeretur, cervo dixisse fertur: 'tu

---

1 *venisset* [*et*] Sch, nisi *et*** *pecora* scribendum 4 autores F 5 ypsipylon F *Sisyphium* Mic. i. m *Sisyphiden* vel *Sisyphi filium* Mu

6 *coronidem* myth. Vat. p. 81, 32 II 22 ‖ phlegiae F corr Iuda Bonutius 7 ea et chylus F *lycus* schol. Stat. Theb. III 506 et myth. Vat. II 22. 128 *Alcyoneus* Iuda Bonutius (Anton. Liber. 10) corr Mic. i. m; *et* fortasse post *concubuit* traiciendum 8 |*ipsam*| *Apollo?* 9 exectum F Comm, em. Stav 10 |*Chiron*| *educavit?* 12 penaei F corr Mu

18 sylvis F 19 Ovid. Met. II 594 20 patet F corr Iuda Bonutius

licet Solis cursum sequaris, tamen te consequar'. Sol iratus in cervam eam convertit.

CCVI Harpalyce

Clymenus Schoenei filius rex Arcadiae amore captus cum Harpalyce filia sua concubuit. ea cum peperisset, in epulis filium apposuit patri: Clymenus pater re cognita Harpalycen interfecit.

CCVII . . . CCXVIII desiderantur

CCXVIIII Archelaus

Archelaus Temeni filius exul a fratribus eiectus in †Macedoniam ad regem Cisseum venit. qui cum a finitimis oppugnaretur Archelao regnum et filiam in coniugium dare pollicetur si se ab hoste tutatus esset. Archelaus, quia ab Hercule esset oriundus (nam Temenus Herculis* filius fuit) qui hostes uno proelio fugavit et ab rege pollicita petit. ille ab amicis dissuasus fidem fraudavit, eumque per dolum interficere voluit. itaque foveam iussit fieri et multos carbones eo ingeri et incendi et super virgulta tenuia poni, quo cum Archelaus venisset ut decideret. hoc regis servus Archelao patefecit. qui re cognita dicit se cum rege colloqui velle secreto. arbitris remotis Archelaus regem arreptum in foveam coniecit atque ita eum perdidit. inde profugit ex responso Apollinis in Macedoniam capra duce oppidumque ex nomine caprae Aegeas constituit. ab hoc Alexander magnus oriundus esse dicitur.

---

1 sequaris] *aequiparet?* ‖ *|ob id| Sol?* an *|quare| Sol?*

CCVI harpalice F ubique 3 infra fab CCXXXVIII 'Clymenus Oenei filius', unde etiam h. l. *Oenei* Iuda Bonutius (Apollod. I 8, 1), sed f. CCXLVI *Schoenei* CCXLII *Caenei* porrigunt. *Telei* filium Argivum vocat Parthenius erot. 13 4 filiam F corr Mu; filium Presbonem appellat schol. Hom. Il. Ξ 291 Eustath. p. 986, 38 a Meinekio ad Euphorion. fr. XX p. 56 laudatus 5 *|filiam et ipse se| interfecit. |quae misericordia deorum in avem chalcidem transfigurata est|* vel simile quid excidisse suspicatur Σ (cf. Nonn. Dionys. XII 72)

CCVII sqq. cf. Bursian. IIB. XCIII p. 780 CCXVIIII 6 timeni F em. Mu ‖ *Mygdoniam?* 9 *qui* vel *|ut| qui* Sch 10 timenus F ‖ lacunam indicavit Σ possis *|pronepos et Aristomachi Cleodaei filii| filius* coll. fab. CXXIV ‖ *[qui]* cum Sch an ** *qui* scribi praestet incertum 11 *petiit* Bu ‖ disuasus F corr Comm 14 *eo?* 18 *Aegas* Sch, sed cf. Iustin. VII 1 Steph. Byz. p. 39, 4 ed Meineke

CCXX Cura

Cura cum quendam fluvium transiret, vidit cretosum lutum; sustulit cogitabunda et coepit fingere [hominem]. dum deliberat secum quidnam fecisset, intervenit Iovis. rogat eum Cura ut ei daret spiritum, quod facile ab Iove impetravit. cui cum vellet Cura nomen suum imponere, Iovis prohibuit suumque nomen ei dandum esse dixit. dum de nomine Cura et Iovis disceptarent, surrexit et Tellus suumque nomen ei imponi debere dicebat, quandoquidem corpus suum praebuisset. sumpserunt Saturnum iudicem. quibus Saturnus †secus videtur iudicasse: 'tu Iovis quoniam spiritum dedisti **, corpus recipito. cura quoniam prima eum finxit, quamdiu vixerit, cura eum possideat; sed quoniam de nomine eius controversia est, homo vocetur quoniam ex humo videtur esse factus.

CCXXI Septem sapientes

Pittacus Mitylenaeus Periander Corinthius Thales Milesius Solon Atheniensis Chilon Lacedaemonius Cleobulus Lindius Bias Prieneus: sententiae eorum sunt:

Optimus est Cleobulus ait modus incola Lindi.
ex Ephyra Periandre doces cuncta et meditanda.
tempus nosce inquit Mitylenis Pittacus ortus.
plures esse malos Bias autumat ille Prieneus.
Milesiusque Thales sponsori damna minatur.
nosce inquit tete Chilon Lacedaemone cretus.
Cecropiusque Solon ne quid nimis induperabit.

---

2 [*hominem*] secl. Bernays 4 qui cum F *cui cum* Mic *(qui cum* Comm *cui cum* Iuda Bonutius) 8. 9 *Saturnus: secus videtur; iudico sic:* coni. Sch ‖ *ecius* h. e. aequius (ex aequo) olim coni. Σ Didym. rell. p. 378 (a. 1854) *ecus* = aequus Iacobus Bernays in mus. rhen. n. s. 1860 vol. XV p. 162; nunc malim *sic iuste* vel *secundum ius* ‖ *cor eius* Barthius *dedisti* * * *corpus* Σ *|cum mortuus erit spiritum, tu, Tellus quoniam corpus dedisti* (malim praebuisti)| Bernays l. c 10. 11 cura eum] *cura animum* Sch Mu ‖ totum caput proscribi iussit Bursian l. c. (Reines. var. lect. p. 372)

13 mityleneus F corr Comm 17 *notas* pro 'doces' Savaro ‖ *cuncta emeditanda* Bücheler in A Riesii anth. Lat. II n. 882 et F *ut* Mu, forte 'et meditanda doces cuncta a Ephyra Periandre' 22 induperabit F *induperavit* Sch Riese l. c *(induperabat?)* ‖ a Demetrio Phalereo haec mutuatos esse apud Graecos Didymum et CIG. 6109. 6124. 6035. 6095 inter Latinos nostrum et Sidonium Apollinarim c. XV

CCXXII Septem lyrici

* * *

CCXXIII Septem opera mirabilia

Ephesi Dianae templum, quod fecit Amazon Otrera Martis coniunx. Monimentum regis Mausoli lapidibus lychniticis altum pedes LXXX circuitus pedes CIↃCCCXL. Rhodi signum Solis aeneum, id est colossus, altus pedibus XC. Signum Iovis Olympii, quod fecit Phidias ex ebore et auro sedens pedes LX. Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis et candidis vinctis auro. Murus in Babylonia, quem fecit Semiramis Dercetis filia latere cocto et sulphure ferro vinctum, latum pedes XXV altum pedes LX in circuitu stadiorum CCC. Pyramides in Aegypto quarum umbra non videtur altae pedes LX.

CCXXIIII Qui facti sunt ex mortalibus immortales

Hercules Iovis et Alcumenae filius
Liber Iovis et Semelae filius
Castor et Pollux Helenae fratres, Iovis et Ledae filii
Perseus Iovis et Danaes filius, in stellas receptus
Arcas Iovis et Callisto filius, in stellas relatus

---

p. 319 Savar. dixi in Didym. rell. p. 372—74. retractavi in mus. rhen. n. s. XX p. 298, et quae de Varronis hebdomadibus disserui assensum nacta sunt Bursiani l. c. p. 781

Si recte conieci Hyginum Varronis, Varronem graeci auctoritate niti, hic fuerit Lyricorum ordo: Alman Laco Stesichorus Himeraeus Ibycus Rheginus Anacreo Teius Simonides Ceus Pindarus Thebanus Bacchylides Ceus. Didym rell. p. 393—96 Antipat. Thessal. epigr. 58 p. 313 Hecker

1 otrira F ut fab. XXX. CCXXV corr Mu 2 munimentum F corr Comm || lychnicis F *lychnitis* Salmasius i. m. corr Mu 9 CCCLX Bochart Phaleg I 12 10 DCCCCLX Sch DC Muncker ex Vibii Seq. ms. Revii append. p. 163 ed. Hessel et Ampelio p. 20, qui eundem operum mirabilium servarunt ordinem. Alius est in Aristotele ap. Nicet. in Schol. Greg. Naz. or. 20 (fr. 20 p. 625 ed. Valent. Rose) apud Cosmam ad carm. S. Gregor. Naz. ap. Murator. ep. CXL in A Mai spic. rom. II p. 221 sq.

11 alcumene F 14 calysto F *Callistus* Mu

[Ariadnen Liber pater Liberam appellavit Minois et Pasiphaes filiam]

Callisto Lycaonis filia, in septentrionem relata

Cynosura Iovis nutrix, in alterum septentrionem

Asclepius Apollinis et C|o|ronidis filius

Crotos Panis et Euphemes filius, conlactius Musarum in stellam sagittarium.

Pan Mercurii et Penelopes filius

Icarius et Erigone Icarii filia in stellas.

Icarius in arcturi Erigone in Virginis signum

Ganymedes Assaraci filius, in aquario duodecim signorum

Ino Cadmi filia in Leucotheam, quam nos matrem Matutam dicimus

Melicertes Athamantis filius in deum Palaemonem

Myrtilus Mercurii et Cleobules filius in Heniochon

CCXXV Qui primi templa deorum constituerunt.

Aedem Iovi Olympio primum fecit Pelasgus Triopae filius in

---

1 ariadnem F corr Mu cf. Ovid. Fast. III 512 ‖ pasiphes F corr Comm 2 calysto F cf. Neue Formenl. I p. 309 ‖ licaonis F corr Comm 6 cronidis F corr Comm ‖ croton F *crotus* Mic. i. m, *crotos* Scheffer coll. Sositheo ap. Hygin. P. A. II 27 9 icarus — icari — icarus F corr Bu *Icari* fortasse sanum 13 assarici F corr Comm, fab. 271 Erichthonii filius 14 aquario F Mu *aquarium* Sch Bu *aquariom* coni Mu 15 leucothoa F corr Mu *in Leucotheam* [*versa*] coni. Σ 16 theubules F corr Mu coll. Tzetz. Lyc. 162 17 eniocho F *heniochon* Comm. — Ceterum in hoc capite duos ordines confusos ac praeterea nonnulla turbata et interpolata esse patet. quin etiam dubitari poterit, alter ille catalogus mortalium qui sunt in stellas relati utrum a Hygino profectus sit an non. sed ut concedamus genuinum eum esse, l. 1 verba: Ariadnen . . . filiam (Ariadne: eam coni. Scheffer Ariadne Minois et Pasiphaes filia, quam Liber pater Liberam appellavit coni. Bu) neutri conveniunt, nisi forte his verbis post 'sagittarium' l. 8 retractis in locum eorum hic substitueris 'Ganymedes . . . signorum'. Quae ratio eo commendari videtur, quod hac admissa membrorum transpositione, quotquot Iovis beneficio e mortalibus immortales sunt facti deinceps enumerantur, neque ii quibus Liberi patris voluntate idem contigit Ganymedis commemoratione amplius discerpentur. Praeterea hoc male me habet, quod iis qui facti sunt immortales immiscentur etiam feminae immortalite donatae

18 *Pelasgus Triopae filius aedem Iovi Olympio primum (— us?) fecit in Arcadia*

Arcadia. Thessalus templum [quod est in Macedonia] Iovis Dodonaei in terra Molossorum. Eleuther primus simulacrum Liberi patris** constituit et quemadmodum coli deberet ostendit. Phoroneus Inachi filius templum Argis Iunoni primus fecit. Otrera Amazon Martis coniunx templum Dianae Ephesi prima fecit, quod postea †a rege restituerunt. Lycaon Pelasgi filius templum Mercurio Cyllenio in Arcadia fecit. Pierus . . . . .

CCXXVI . . . CCXXXVII
(desunt)
CCXXXVIII Qui filias suas occiderunt

Agamemnon Atrei filius Iphigeniam, quam Diana servavit: †id est Callisthenem Euboeae filiam ex sortibus pro patriae salute. [Clymenus Schoenei filius Harpalycen quod ei filium suum in epulis apposuit.] Hyacinthus Spartanus Antheidem filiam ex responso pro Atheniensibus. Erechtheus Pandionis filius Chthoniam ex sortibus pro Atheniensibus. [reliquae ipsius sorores ipsae se praecipitaverunt]: Cercyon Vulcani filius Alopen propter incestum cum Neptuno. Aeolus Canacen propter incestum cum fratre Macareo admissum.

CCXXXVIIII Matres quae filios interfecerunt

Medea Aeetae filia Mermerum et Pheretem filios ex Iasone [Aesonis filio.] Procne Pandionis filia Ityn ex Tereo Martis filio.

---

ci. Σ 1 Thessalus] imo ** *Thessalus* aut *Thessalus*** ‖ [*quod est in Macedonia*] secl. Σ qui haec verba post 'Liberi patris' collocanda esse suspicatur. nam Eleuther (pro quo nonnulli Pegasum Eleutherensem e Paus. I 2, 5 substitui iubent) dici videtur Pieri Macedonis pater, cuius meminit schol. Il. Ξ 226 ‖ dodonei F corr Comm 3 cf. myth. Vat. II 8 p. 77 4 otrira F em Bu 6 *Alexandro rege* coni Sch, postea *Cresus* (imo Coresus) *et Ephesus* coni. Bu coll. Pausan. VII 2, 4, inepte 7 pierius F em Sch ‖ exciderunt fere haec: *Apollinis filius templum Thespiis Musis primus fecit* 'Desunt et hic duodecim capita ut ex indice videre licet' Micyllus

8. 9 [*Leos Orphei filius filias tres*] *id est Phasitheam Eubulen* [*Theopen*] *ex sortibus* dubitanter coni Σ verosimilius enim *pro patriae Euboeae* scribendum esse 10 climenus oenei F (cf. CCVI) corr Comm et Mic. i. m ‖ harpalicem F corr Mu ‖ *Clymenus . . . apposuit* loco mota esse coni. Σ 11 spariantidem F *Antheidem* Apollodori III 15, 8 latere vidit Mu *Spartanus* coni Σ 12 erichtheus F corr Mu ‖ colophoniam F corr Sch cf. XLVI 13 *reliquae . . . praecipitaverunt* abesse malit Σ 14 cercion F corr Comm ‖ alopem F corr Mu 15 canacem F corr Mu

16 macareum F *marcareum* Comm corr Sch ‖ pheretum F corr Bu 17 [*Aesonis*

Ino Cadmi filia Melicerten ex Athamante Aeoli filio, dum eum fugit Althaea Thestii filia Meleagrum ex Oeneo Parthaonis filio, quod is avunculos suos occiderat. Themisto Hypsei filia Sphincium et Orchomenum ex Athamante Aeoli filio, impulsu Inus Cadmi filiae. Tyro Salmonei filia duos ex Sisypho Aeoli filio, ex responso Apollinis. Agaue Cadmi filia Pentheum Echionis filium, impulsu Liberi patris. Harpalyce Clymeni filia, propter impietatem patris quod cum eo invita concubuerat, ex eo quem conceperat interfecit.

CCXL Quae coniuges suos occiderunt.

Clytemnestra Thestii filia Agamemnonem Atrei filium. Helena Iovis et Ledae filia Deiphobum Priami filium. Agaue Lycothersen in Illyria, ut regnum Cadmo patri daret. Deianira Oenei filia Herculem Iovis et Alcumenae filium impulsu Nessi. Iliona Priami filia Polym[n]estorem regem Thracum. [Semiramis Ninum regem in Babylonia.]

CCXLI Qui coniuges suas occiderunt.

Hercules Iovis filius Megaram Creontis filiam per insaniam. Theseus Aegei filius Antiopam Amazonam Martis filiam ex responso Apollinis. Cephalus Deionis sive Mercurii filius Procridem Pandionis filiam imprudens.

CCXLII Qui se ipsi interfecerunt

Aegeus Neptuni filius in mare se praecipitavit, unde aegeum pelagus est dictum. Euenus Herculis filius in flumen Lycormam se praecipitavit [quod nunc Chrysorrhoas appellatur]. Aiax Telamonis filius ipse se interfecit propter armorum iudicium. Lycurgus

---

filio] add Σ ‖ progne F corr Bu ‖ Ytin F corr Comm 1 melicertē F Comm 2 parthaonis F 3 plinthium F 'hunc supra (cap. 1) Sphincium vocavit' Mic. i. m 4 tyros F corr Sch Mu 7 harpalice F corr Bu ‖ *cum ea?*

10 lycorthersen F corr Comm cf. CLXXXIV 13 *polymestorem* Bu ‖ Dino ap. Aelian VH VII 1

15 megeram F *megaeram* Comm corr Mu 16 amazonam F hic et fab. XXX Neue Formenl. I p. 333, *Amazonem* Bu 17 cf. CLXXXVIIII et νόστων auctor ap. Paus. X 29, 6 — f. CLX et Ovid. A. a. III 725

19 aegeus F corr Comm 20 euhenus F ut CLXII 21 [*quod . . . appellatur*] secl. Scheffer coll. fab. CLXXXXII

Dryantis filius obiecta insania a Libero ipse se interfecit. Macareus Aeoli filius propter Canacen sororem id est sponsam ipse se interfecit. Agrius Parthaonis filius expulsus a regno a Diomede ipse se interfecit. Caeneus Elati filius** ipse se interfecit. Menoeceus Iocastes pater se de muro praecipitavit Thebis propter pestilentiam. Nisus Martis filius crine fatali amisso ipse se interfecit. Clymenus Schoenei filius rex Arcadiae ipse se interfecit quod cum filia concubuerat. Cinyras Paphi filius rex Assyriorum, quod cum Smyrna filia concubuerat. Hercules Iovis filius ipse sese in ignem misit. Adrastus et Hipponous eius filius ipsi se in ignem iecerunt ex responso Apollinis. [Pyramus in Babylonia ob amorem Thisbes ipse se occidit. Oedipus Lai filius propter Iocasten matrem ipse se occidit ablatis oculis.]

CCXLIII Quae se ipsae interfecerunt

Hecuba Cissei filia sive Dymantis uxor Priami in mare se praecipitavit, unde cyneum mare est dictum quoniam in canem fuerat conversa. Ino Cadmi filia in mare se praecipitavit cum Melicerte filio. [Anticlia Autolyci filia mater Ulyssis nuncio falso audito de Ulysse ipsa se interfecit. Sthenoboea Iobatis filia uxor Proeti propter amorem Bellerophontis.] Euadne † Philaci filia propter Capaneum coniugem qui apud Thebas perierat in eandem pyram se coniecit. Aethra Pitthei filia propter filiorum mortem ipsa se interfecit. Deianira Oenei filia propter Herculem |coniugem| decepta a Nesso quod ei tunicam miserat in qua conflagravit. Laodamia Acasti filia propter desiderium Protesilai mariti. Hippo-

---

1 interficit F corr Sch 2 *id est* defendit Staveren, idem voluerant Barthius et Sch [*id est sponsam*] secl. Mu legendum vero |*e*|*i desponsam* 4 lacunam indicavit Σ || moenicus F *menoetius* Mic. i. m em. Stav 5 athenis F corr. Mic. i. m 7 caenei F *Oenei* Bu corr Σ 8 cyniras F corr Comm (cf. CCLXXV) Nemesian. 26 12 iocastem F corr Bu || thyspes F *thysbes* Comm *Thisbes* Staveren || ceterum vereor ne verba *Pyramus . . . oculis* secludenda sint, vel propter locutionem *ipse se occidit*

14 dimantis F corr Mu 15 cynaeum F corr Mu cf. CXI 17 melicerto F schol. Stat. Theb. II 383 p. 64, 2 corr Mu || 'anticlia . . . bellerophontis' ante 'Canace Aeoli' inserenda esse vidit Σ || nuntio F 18 stenoboea F *sthenoboea* Comm 19 Philacis fab. CCLVI *Iphidis* Mu 20 capanaeum F corr Comm 21 *Aethra* locum *Alcestidis* invasisse videtur Σ || pithei F corr Mu 22 |*coniugem*| Σ 24 desyderium F corr Comm

damia Oenomai filia, uxor Pelopis, quod eius suasu Chrysippus occisus est. Neaera Autolyci filia propter Hippothoi filii mortem. Alcestis Peliae filia propter Admetum coniugem vicaria morte obiit. Iliona Priami filia propter casus parentum suorum. Themisto Hypsei filia impulsu Inus quod filios suos occidit. Erigone Icari filia propter interitum patris suspendio se necavit. Phaedra Minois filia propter Hippolytum privignum suum suspendio se necavit ob amorem. Phyllis propter Demophoonta Thesei filium ipsa se suspendio necavit.** Canace Aeoli filia propter amorem Macarei fratris ipsa se interfecit. Byblis Mileti filia propter amorem Cauni fratris ipsa se interfecit. Calypso Atlantis filia propter amorem Ulyssis ipsa se interfecit. [Dido Beli filia propter Aeneae amorem se occidit]: Iocasta Menoecei filia propter interitum filiorum et nefas. Antigona Oedipodis filia propter sepulturam Polynicis. Pelopia Thyestis filia propter scelus patris. [Thisbe Babylonia propter Pyramum quod ipse se interfecerat. Semiramis in Babylonia equo amisso in pyram se coniecit.]

CCXLIIII Qui cognatos suos occiderunt.

Theseus Aegei filius Pallantem** [filium Nelei fratris]. Amphitryon Electryonem Persei filium. Meleager Oenei filius avunculos suos Plexippum et Agenorem, propter Atalantam Schoenei filiam. Telephus Herculis filius Hippothoum et* Neaerae aviae suae filios. Aegisthus Atreum et Agamemnonem Atrei filium: Ore-

---

1 oenei F corr Mic 2 megera F *Megaera* Comm corr. Σ coll Paus. VIII 4, 6 Hygin. f. CCXLIIII 3. 4 *Alcestis . . . obiit* cum *Aethra . . . interfecit* sedem mutare iubet Σ ‖ pelei F corr Mu 5 *Icarii* Sch, non opus 7. 8 [*ob amorem*] secl. Sch Mu Stav 8 phillis F corr Comm 9 ubi lacunae signum posuit Σ inserenda sunt verba *Anticlia . . . Bellerophontis* supra l. 17—19 p. 135 exhibita loco non suo. nam Anticlia suspendio se necavit, Sthenoboea propter amorem ipsa se interfecit 12 *Dido . . .* 13 *se occidit* spuria esse suspicatur Σ 13 menoeci F corr Staveren 14 polynices F corr Mu ‖ pelopea F *pelopeia* Comm Pelopia Bu coll. fab. LXXXVIII 15 thiestis F corr Comm 16 *Semiramis* [*in*] Sch

18 ** om F partem lacunae ab Σ indicatae Munckerus supplevit sic: *Pandionis filium Aegei fratrem*, in altera de Pelia aut Aesone sermo erat ‖ nilei F corr Sch 19 persi F corr Mic. i. m 20 athalantam F corr St 21 nerea F corr Σ coll. f. CCXLIII praeterea vero sitne [*et*] *Neaerae . . . filium* an *et* * *Neaerae . . . filios* legendum nondum liquet 22 filios F corr Σ

stes Aegisthum Thyestis filium: Megapenthes Proeti filius Perseum Iovis et Danaes filium, propter patris mortem: Abas propter patrem Lynceum Megapenthem occidit. Phegeus Alphei filius Alphesiboeae filiae suae filium: [† Amphion Terei filius avi sui filios]. Atreus Pelopis filius Tantalum et Plisthenem Thyestis filios infantes in epulis Thyesti apposuit: Hyllus Herculis filius Sthenelum Electryonis proavi sui fratrem: Medus Aegei filius Persen Aeetae fratrem Solis filium: Daedalus Eupalami filius Perdicem sororis suae filium propter artificii invidiam.

CCXLV Qui soceros et generos occiderunt

Iason Aesonis filius † Phlegyonam. Pelops Tantali filius Oenomaum Martis filium. Qui generos suos occiderunt: Phegeus Alphei filius Alcmaeonem Amphiarai filium, † idem et Eurypylum. Aecta Solis filius Phrixum Athamantis filium.

CCXLVI Qui filios suos in epulis consumpserunt

Tereus Martis filius ex Procne Ityn. Thyestes Pelopis ex Aerope Tantalum et Plisthenem. Clymenus Schoenei filius ex Harpalyce filia filium suum.

CCXLVII Qui a canibus consumpti sunt

Actaeon Aristaei filius. Thas[i]us Delo, Anii sacerdotis Apol-

---

1 thiestis F corr Comm 3 megapentheum F corr Sch (in Commeliana *magapentheus — magapentheum* ex errore typographico) ‖ phegaeus F om. Comm ‖ *filius** Σ 4 'amphion . . . filios'] nec sana haec nec integra Sch: poterat addere ne suo quidem loco esse posita sed ad capitis initium pertinere. ordinem restitues, si Amphionem post Theseum, Peliam post Phegeum traieceris (nam alter avunculos alter fratris filium occidisse dicitur) nisi Amphionem post Telephum inferre malis 5. 6 thiestis — thiesti F corr Comm 6 phillus F *Hillus* Mic. i. m *Hyllus* Muncker 8 perdicen F corr Comm (cf. fab. XXXIIII)

10 *filius** Phlegyonam* Mu *filius Aeetam. Ixion Phlegyae filius Deioneum* Lange p. 43 Videtur 'Ixion Antionis filius sive Phlegyae Deioneum Euryti filium' scriptum fuisse. cf. Wesseling Diod. IIII 70 schol. Apoll. Rh. Γ 69 p. 452 11 phlegeus F cf. fab. CCXLIIII 13 eurypilum F ‖ phryxum F corr Comm

14 progne F corr Mu ‖ Ytin F *Ityn* Comm ‖ thiestes F corr Comm 15 climenus F corr C ‖ harpalice F

17 aristhei F corr Bu ‖ thasius F *thasus* Mic. i. m coll. Ovid. Ib. 476 (schol.

linis filius; ex eo Delo nullus canis est. Euripides tragoediarum scriptor in templo consumptus est.

CCXLVIII Qui ab apro percussi interierunt

Adonis Cinyrae filius. Ancaeus Lycurgi filius a Calydonio. Idmon Apollinis filius qui stramentatum exierat cum Argonautis apud Lycum regem. Hyas ab apro vel leone Atlantis et Pleiones filius.

CCXLVIIII Faces sceleratae.

Facem quam sibi visa est parere Hecuba Cissei filia sive Dymantis. Nauplii ad saxa Capharea, cum naufragium Achivi fecerunt. Helenae quam de muris ostendit et Troiam prodidit. Althaeae quae Meleagrum occidit.

CCL Quae quadrigae rectores suos prodiderunt (perdiderunt index)

Phaethonta Solis filium ex Clymene. Diomedem Martis filium ex Cyrene. Hippolytum Thesei filium ex Antiope Amazone. Amphiaraum Oiclei filium ex Hypermnestra, Thestii filia. Laomedonta Ili filium ex Leucippe. Oenomaum Martis filium ex Asterope Atlantis filia. Glaucum Sisyphi filium ludis funebribus Peliae equae suae consumpserunt. [Iasionem Iovis* filium ex Electra Atlantis

---

p. 470 Merk.) ubi Vindob. A thaso Petav. taso Berolinenses traso Gallicus 7997 treso Berolinensis b. D. n. 8 reso reliqui thraso exhibent; cf. Meinek. Euphor. p. 27 1 deloami F corr Micyllus, Delo post filius trai. Bu 2 verba 'in templo consumptus est' in quibus Sch offendit post 'filius' trai. Mu probante Stav. — Westerm. paradox. gr. p. 218 addit *Leuconen*

3 cynyre, F corr Comm 4 extra metam F corr Mu Bu coll. fab. XIV. XVIII 5 lyũ error in Comm ‖ hyon F et index corr Mic. i. m ‖ pleionis F *pleionae* Salmasius corr. Muncker

7 [*facem*] Sch fortasse recte 8 *Nauplii error Comm ‖ capheraea F *capharaea* Comm corr Mu 9 *qua*[*e*] Sch

11 phaetonta F em Mu ‖ climene F corr Comm ‖ 'Diomedem Atlantis filium ex eadem . . . Thestii filia' in F post 'Asteriae Atlantis filia' posita huc retraxit Σ, cui etiam *Martis* et *Cyrene* debentur 13 clytemnestra F corr Mu e fabb. LXX. LXXIII Paus. II 21 ‖ 'laomedonta . . . asteriae atlantis filia' post *Clymene* habet F 14 asteriae F *asterie* Comm corr Sch 15 pelian *F corr Sch (schol. Eurip. Phoen. 1131) 16 iasonem F corr Sch Iasionem . . . ictus ad fab. CCLXIIII pertinuisse suspicatur Σ

filia. Salmoneus qui fulmina in quadriga[s] sedens imitabatur cum quadriga fulmine ictus.

CCLI Qui licentia Parcarum ab inferis redierunt.

Ceres Proserpinam filiam suam quaerens. Liber pater ad Semelen matrem suam Cadmi filiam descendit. Hercules Iovis filius ad canem Cerberum educendum. Asclepius Apollinis et Coronidis filius. Castor et Pollux Iovis et Ledae filii 'alterna morte' redeunt|es|**: Protesilaus Iphicli filius propter Laodamiam Acasti filiam. Alcestis Peliae filia propter Admetum coniugem: Theseus Aegei filius propter Pirithoum: Hippolytus Thesei filius voluntate Dianae, qui postea Virbius est appellatus. [Orpheus Oeagri filius propter Eurydicen coniugem suam.] Adonis Cinyrae et Zmyrnae filius voluntate Veneris: Glaucus Minois filius, restitutus a Polyido Coerani filio: Ulysses Laertae filius propter †patrem. Aeneas Anchisae filius propter patrem: Mercurius Maiae filius assiduo itinere.

CCLII Qui lacte ferino nutriti sunt.

Telephus Herculis et Auges filius ab cerva. Aegisthus Thyestis et Pelopiae filius ab capra. Aeolus et Boe|o|tus Neptuni et Melanippes filii a vacca. Hippothous Neptuni et Alopes filius ab equa.** Romulus et Remus Martis et Iliae filii ab lupa. Antilochus Nestoris filius expositus in Ida monte ab cane. [Harpalyce

---

|| idem coni |*Ilithii*| *filium*, sc. fulmine percussit cf. CCLXX 1 quadrigas F corr Scioppius (Mu)

3 semelē F *Semelem* Comm 4 descendit] *educendam* Mu 6 laedae F corr Comm 7 redeunt F cf. LXXX mox inserenda sunt verba 'Orpheus . . . suam' 8 pelei F corr Mu 11 eurydicem F || cynyrae F corr Comm || zmirnae F *zmyrnae* Comm (Mu) *Smyrnae* Sch 13 carani F corr Mu || *matrem* Sch *patriam* temere Mu 14 *Mercurius . . . itinere* aut spuria sunt aut ad capitis exordium revocanda

15 thiestis F corr Comm 16 boëtus F corr Mu || Metaponti fab. CXXXVI 17 menalippes F corr Bu || post 'vacca' excidisse verba *Pelias Neptuni et Tyrus filius ab equa* coni. Σ coll. Aelian. V. H. XII 42 18 post 'equa' verba 'harpalice . . . ab equa' trai Σ 19 post *Nestoris* nonnulla deesse videntur Σ, possis |*et Anaxibiae filius a . . . Paris Priami et Hecubae*| quamquam Alexandrum ab ursa, Cyrum Mandanes filium a cane nutritum narrat Aelian H V. XII 42 19. 1 p. 140 harpalice harpalici F corr Bu

Harpalyci regis Amymnorum filia a vacca et equa. Camilla Metabi regis Volscorum filia ab equa.]

CCLIII [Quae] contra fas concubuerunt

Iocaste cum Oedipo filio: Pelopia cum Thyeste patre. Harpalyce cum Clymeno patre. Hippodamia cum Oenomao patre. Procris cum Erechtheo patre, ex quo natus est Aglaurus. Nyctimene cum Epopeo patre rege Lesbiorum: Menephron cum Cyllene filia in Arcadia et cum Bliade matre sua.

CCLIIII Quae piissimae fuerunt [vel piissimi].

Antigona Oedipi filia Polynicem fratrem sepulturae dedit. Electra Agamemnonis filia in fratrem Orestem. Iliona Priami filia in fratrem Polydorum et parentes: Pelopia Thyestis filia in patrem, ut eum vindicaret. Hypsipyle Thoantis filia patri [cui] vitam concessit. Chalciope* filia patrem non deseruit regno amisso. Harpalyce Harpalyci filia in bello patrem servavit et hostem fugavit. Erigone Icarii filia patre amisso suspendio se necavit. Agaue Cadmi filia in Illyri[c]a Lycothersen regem interfecit et patri suo regnum dedit. [Xanthippe Myconi patri incluso carcere lacte suo alimentum vitae praestitit.] Tyro Salmonei filia propter patrem filios suos necavit.

[In Sicilia cum Aetna mons primum ardere coepit Damon matrem suam ex igne rapuit, item Phintia patrem. Aeneas item in

---

1 amymneorum F *amymoniorum* Serv. Virg. Aen. I 317; cf. fab. CXCIII 1. 2. Serv. Virg. Aen. XI 571; unde petitum est quod in inscriptione legitur *lacte ferino*. Verba: 'Camilla Metabi regis Volscorum filia ab equa. Romulus et Remus Martis et Iliae filii ab lupa' fortasse ab interpolatore illata sunt

3 pelopea F *Pelopia* Bu ‖ thieste F corr Comm ‖ harpalice F 4 pocris F corr Comm 5 erichtheo F corr Mu ‖ nictymene F corr Comm 6 Epopeo] *Nycteo* Tollius ‖ menophrus F em Mic. i. m Ovid. Met. VII 386 dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron concubiturus erat saevarum more ferarum.

8 polynicen F corr Stav 9 oresten F corr Comm 10 pelopea F *pelopia* Bu ‖ thiestis F corr Comm 11 *patri* [*cui*] aut *in patrem cui* coni Σ 12 |*Eurypyli*| *filia* coni Σ ‖ calciope F corr Mu 12. 13 harpalice harpalici F em Bu 14 icari F quod ferri potest 15 illyrica F *Illyrico* vel *Illyria* Mu 16 xantippe F corr Bu ‖ *Cimoni* Sch coll. Valer. Max. V 4 quem ex Hygino corrigendum esse intellexit Mu

20 pythia F *Phintias* Salmas. ad Solin. p. 78 Ad. Turneb. adv. XX 13 Scaliger

Ilio Anchisen patrem humeris et Ascanium filium ex incendio eripuit. — Cleops et Bitias, Cydippae filii. Cydippe sacerdos Iunonis Argivae cum boves in pastionem misisset, neque ad horam, qua sacra in monte ad templum Iunonis duci et fieri deberent, apparerent et essent mortui (— quae nisi ad horam sacra facta essent, sacerdos interficiebatur —) inter quam trepidationem Cleops et Bitias pro bubus sub iugo se iunxerunt et ad fanum sacra et matrem Cydippen in plaustro duxerunt: sacrificioque peracto Cydippe precata est Iunonem, si sacra eius caste coluisset, si filii adversus eam pii fuissent, ut quicquid bonum mortalibus posset contingere id filiis eius contingeret. precatione peracta plaustrum et matrem filii domum reduxerunt et fessi somno acquieverunt*. at Cydippe diligenter agnovit nihil esse melius mortalibus quam mori et ob hoc obiit voluntaria morte.]

CCLV Quae impiae fuerunt

Scyllae Nisi filia patrem occidit. Ariadne Minois filia** fratrem et filios occidit. Procne Pandionis filia filium occidit. Danaides coniuges suos patrueles occiderunt. Lemniades in Lemno insula patres et filios occiderunt. Harpalyce Clymeni filia filium, quem ex patris concubitu pepererat, occidit. [Tullia Romanorum super parentis corpus currum duxit, unde vicus sceleratus est dictus.]

CCLVI Quae castissimae fuerunt

Penelope Icarii filia uxor Ulyssis. Euadne †Philacis filia coniunx Capanei. Laodamia Acasti filia coniunx Protesilai. Hecuba

---

Manil. p. 171 *Phintia* Muncker 1 anchisem F corr Bu 2 Cleobis et Biton nominantur Herodoto I 31 et plerisque aliis ex veteribus. ego nostro errorem suum relinquendum duxi ‖ cidippe F *cidippe*, Comm *Cydippes* Bu ‖ cidippe F 6 quam] pro eam ‖ *Cleobis et Biton* editores 8 cidippem F corr Bu ‖ cidippe F 11 praecatione F corr Stav 12 |*et mane mortui inventi sunt*| vel tale quid excidisse patet 13 cidippe F [*at*] *cidippe* temere Sch

15 imo *patr*|*i dormienti fatalem crin*|*em praecidit* ‖ de filiis ab Ariadne occisis nihil aliunde compertum habeo. lacunam a me indicatam suppleverim his verbis: |*fratrem occidit. Medea Aeetae filia*|: Peliades, quae Medeae impulsu patrem occisum in aeno coxerunt, haud scio an sciens omiserit auctor 16 progne F 18 harpalice F 19 rhomanorum F corr Comm

21 philacis F philaci fab. CCXLIII *Iphidis* Mu

Cissei filia uxor Priami. Theonoe Thestoris filia. uxor Admeti. [Romanorum Lucretia Lucretii filia coniunx Collatini.]

CCLVII Qui inter se amicitia iunctissimi fuerunt

Pylades Strophii filius cum Oreste Agamemnonis filio. Pirithous Ixionis filius cum Theseo Aegei filio. Achilles Pelei filius cum Patroclo Menoetii filio. Diomedes Tydei filius cum Sthenelo Capanei filio. Peleus Aeaci filius cum Phoenice Amyntoris filio. Hercules Iovis filius cum Philocteta Poeantis filio. [Harmodius et Aristogiton more fraterno.] [In Sicilia [Dionysius] tyrannus crudelissimus cum esset suosque cives cruciatibus interficeret, Moeros tyrannum voluit interficere. quem satellites cum deprehendissent armatum, ad regem perduxerunt. qui interrogatus respondit se regem voluisse interficere. quem rex iussit cruci figi. a quo Moerus petit tridui commeatum ut sororem suam nuptui collocaret et daret tyranno Selinuntium amicum suum et sodalem qui sponderet eum tertio die venturum. cui rex indulsit commeatum ad sororem collocandam, dicitque rex Selinuntio, ut nisi ad diem Moerus veniret eum eandem poenam passurum, et dimitti|t| Moerum. Qui collocata sorore cum reverteretur, repente tempestate et pluvia orta flumen ita increvit ut nec transiri nec transnatari posset. ad cuius ripam Moerus consedit et flere coepit ne amicus pro se periret. [Phalaris] autem Selinuntium cruci figi cum iuberet ideo, quod horae sex tertii iam diei essent nec veniret Moerus, cui Selinuntius respondit diem adhuc non praeteriisse. cumque iam et horae novem essent, rex iubet duci Selinuntium in crucem. qui cum duceretur vix tandem Moerus liberato flumine consequitur carnificem exclamatque a longe: sustine carnifex, adsum quem spopondit. quod factum regi nunciatur. quos rex ad se iussit perduci rogavitque eos ut se in amicitiam reci-

---

1 imo |*uxor . . Alcestis Peliae filia*|

CCLVII cf. Schol. Stat. Theb. I 475 p. 28 Lindenbr. Westermann paradox. p. 219 5 tidei F corr C 6 amintoris F corr Comm 7 armodius F corr Bu 8 *amore* Tollius || [in Sicilia . . . faciem inspuit] secl. Bursian. IIB. XCIII p. 781 adn. || [*Dionysius*] secl. Bursian l. c. 15 *reventurum* malit Mu 16 [*ut*] secl. Mu, defendit Wopkens 17 dimitti F quod pro 'dimissum iri' accipit Mu, e *dimittit* corruptum esse vidit Sch.: Schillerus codicem sequitur 20 Phalaris] imo tyrannus vel rex 22 cui] cf. CCLIIII inter quam. *civis?* 25 liberato = superato

perent, vitamque Moero concessit. — Harmodius et Aristogiton. † idem in Sicilia eundem Phalarim Harmodius cum vellet interficere simulationis causa scrofam porcellos habentem occidit et venit ad Aristogitonem amicum suum ense sanguinolento dicitque se matrem interfecisse rogatque eum ut se celaret. qui cum ab eo celaretur rogavit Aristogitonem ut progrederetur rumoresque qui essent de matre sibi renunciaret. ** nullos esse rumores. qui vespere ita litem contraxerunt ut alius alio potiora ingererent. nec ideo Aristogiton voluit obiicere eum matrem interfecisse. cui Harmodius patefecit se scrofam porcellos habentem interfecisse, et ideo 'matrem' dixisse. cui indicat se regem velle interficere rogatque eum, ut sibi adiutorio esset. qui cum ad regem interficiendum venissent deprehensi sunt a satellitibus armati; et cum perducerentur ad tyrannum, Aristogiton a satellitibus effugit. Harmodius autem solus cum perductus esset ad regem, quaererentque ab eo quis ei fuisset comes, ille ne amicum proderet, linguam dentibus sibi praecidit eamque regis in faciem inspuit.] [Nisus cum Euryalo suo pro quo et mortuus est.]

[CCLVIII Atreus et Thyestes].

[Atreus et Thyestes germani cum in dissensione sibi nocere non possent in simulatam gratiam redierunt. qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit. Atreus vero ei filium epulando apposuit. quae sol ne* pollueretur aufugit. Sed veritatis hoc est: Atreum apud Mycenas primum solis eclipsin invenisse, cui invidens frater ex urbe discessit . . .]

---

in Sicilia Phalarim
1 armodius F [armodius et aristogiton] *item* Mu imo: |*Ib*|*idem eundem Harmodius* Σ 7 lacunam vocabulo |*ait*| expleri iubet Barthius ‖ |*ira*| *ita* coni. Sch 12 depraehensi F corr Comm 14 armodius F 17 Virg. Aen. IX 175

CCLVIII illata e Serv. Aen. I 568 p. 93 myth. Vat. III 8, 16 p. 209, 15—22 ‖ thiestes F *thyestes* Comm 19 thiestes F em Comm 20 thiestes F em Comm 21 *epulandum* Sch e Servio (myth. Vat.) *filios epulandos* coni Σ 22 *ne* |*videndo*| Serv. *quod Sol videns ne* myth. Vat. ‖ auffugit F corr Comm ‖ veritatis autem iuxta Servium tantillum est myth. Vat. 23 eclipsim F myth. Vat. eclypsin Serv 24 *ex* om Serv ‖ tempore quo eius probata sunt dicta Serv. myth. Vat.

[CCLVIIII Lyncus]

[Lyncus rex Siciliae fuit, qui missum a Cerere Triptolemum ut hominibus frumentum monstraret susceptum hospitio ut in se tanta[m] gloria[m] migraret, interimere cogitavit. ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem varii coloris ut ipse variae mentis extiterat.]

[CCLX Eryx]

[Eryx Veneris et Butae filius fuit qui occisus ab Hercule est. monti ex sepultura sua nomen imposuit in quo Aeneas Veneris templum constituit. in hoc autem monte dicitur etiam Anchises sepultus, licet secundum Catonem ad Italiam venerit.]

[CCLXI Agamemnon qui ignarus Dianae cervam occidit.]

[Cum de Graecia ad Aulidem Danai venissent Agamemnon Dianae cervam occidit ignarus, unde dea irata flatus ventorum removit. quare cum nec navigare possent et pestilentiam sustinerent, consulta oracula dixerunt Agamemnonio sanguine esse placandam Dianam. ergo cum ab Ulixe per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset ut immolaretur, numinis miseratione sublata est et cerva supposita et translata ad Tauricam civitatem regi Thoanti tradita est sacerdosque facta Dictynnae Dianae. ⌊quae cum⌋ secundum consuetudinem statutam humano sanguine numen placaret cognovit fratrem Orestem, qui accepto oraculo † carendi sororis causa cum amico Pylade Colchos petierat et cum ⌊his⌋ occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum

---

CCLVIIII illata e Serv. Virg. Aen. I 323 p. 63 myth. Vat. I 31 p. 11, 24—28 1 Scythiae S m 2 frumenta monstraret Serv frumenta ministraret Vat ‖ tanta gloria Vat gloria tanta Serv 4 lyncem ⌊feram⌋ S m

CCLX illata e Serv. Aen. I 570, p. 93 myth. Vat. I 53 II 156 sed in brevius contracta

CCLXI illata e Serv. Virg. Aen. II 116 p. 128 myth. Vat. II 202 p. 141, 33—42 10 cum Graeci ad Aulidem venissent S m 11 [dea] m 12 quare] quam ob rem m ob quam rem S 14 ulyxe F 16 cervaque S 17 regionem S m ‖ ductumne F dicty Iuda Bonutius dictynnae S m 17. 18 quae cum om. F 19 carendi furoris S curandi furoris Burmann ut myth. Vat. II 202 p. 142, 10 20 ⌊his⌋ add Serv

(unde et fascelis dicitur, non tantum |facelitis| a face cum qua pingitur, propter quod et Lucifera dicitur) et Ariciam detulit. sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quanquam servi immolarentur, ad Laconas [Diana] translata ¦est¦, ubi sacrificii consuetudo adolescentum verberibus servabatur, qui vocabantur *βωμονῖκαι*, quia aris sup[p]erpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere. Orestis vero ossa de Aricia Romam translata sunt et condita ante templum Saturni, quod est ante clivum capitolinum iuxta Concordiae templum.]

CCLXII . . . CCLXVIII
desunt
|CCLXVIIII Qui amplissimi fuerunt|

****Iovis et Europae filius. Cycnus alter Martis filius quem idem Hercules occidit.

CCLXX Qui formosissimi fuerunt

Iasion † Ilithii filius, quem Ceres dicitur amasse, quod ipsum historiis creditur. Cinyras Paphi filius rex Assyriorum. Anchises Assaraci filius, quem Venus amavit. [Alexander Paris Priami filius et Hecubae quem Helena secuta est. Nireus Charopi[s] filius.] Cephalus Pandionis filius quem Aurora amavit; Tithonus Laomedontis filius Aurorae coniunx: Parthenopaeus Meleagri et Atalantes filius. Achilles Pelei et Thetidis filius. Patroclus Menoetii filius. Idomeneus* qui Helenam amavit. Theseus Aegei et Aethrae filius, quem Ariadne amavit.

1 notandum F corr S m Σ 2 aritiam F S corr Comm 3 rhomanis F corr Comm 4 *Laconum Dianam* Scheffer ‖ |est| S m, qui 'Diana' omisit 5 bomonicae F 6 auri F corr Serv et Mic. i. m *arae* Iuda Bonutius cf. myth. Vat. I 173 p. 53, 37 7 rhomam F corr C 8 capitolini S

Septem capitum, quae hic deesse ex indice constat, ea quae sunt Noctua et Ceres inscripta illata sunt e Serv. Georg. I 403 p. 223 myth. Vat. I 98 p. 32, 33 et Serv. Geo. I 378 myth. Vat. II 95 p. 107, 10. Cum CCLXIV qui fulmine icti sunt cf. Westerm. paradox. p. 221, 18 — 24; cf. CCL 10 cygnus F

12 Coriti Mic. i. m *Corythi* Mu 14 assarici F em Comm 14. 15 'Alexander . . . Charopis filius' post 'Helenam amavit' trai. Σ ‖ charopis F corr Sch 16 pandionis F *Deionis* Mic i. m N Heins. Ov. Met. p. 187 (cf. CLXXXVIIII. CCXLI. CCLXXIII) ‖ titonus F em Comm 17 coniunx F 19 |*Deucalionis filius*| *quem Helena?* ‖ aegaei F em Comm

CCLXXI Qui ephebi formosissimi fuerunt.

Adonis Cinyrae et Smyrnae filius quem Venus amavit. Endymion Aethlii filius quem Luna amavit. — Ganymedes Erichthonii filius, quem Iovis amavit. Hyacinthus Oebali filius quem Apollo amavit. [Narcissus Cephisi fluminis filius qui se ipsum amavit. †Atlantius Mercurii et Veneris filius qui hermaphroditus dictus est.] Hylas Thiodamantis filius, quem Hercules amavit. Chrysippus Pelopis filius, quem †Theseus ludis rapuit.

|CCLXXII De iis qui in areopago causam dixerunt|

(deest)

CCLXXIII Qui primi ludos fecerunt usque ad Aeneam quintum decimum

****Quinto loco Argis, quos fecit Danaus Beli filius filiarum nuptiis cantu, unde hymenaeus dictus. Sexto autem iterum Argis, quos fecit Lynceus Aegypti filius Iunoni Argivae, qui appellantur *ἀσπὶς ἐν Ἄργει*. quibus ludis qui vicit accipit pro corona clipeum ideo quod Abas Lyncei et Hyperm|n|estrae filius nunciavit Danaum parentibus perisse. cui Lynceus de templo Iunonis Argivae detraxit clipeum quod Danaus in iuventa gesserat et Iunoni sacraverat et Abanti filio muneri dedit. in his ludis qui semel vicit et iterum descendit ad certamen ut nisi iterum vincat †saepe descendat. Septimo autem loco Perseus Iovis et Danaes filius funebres

---

CCLXXI formosiss. F 1 cynirae F corr Comm 2 aetoli F em Mu ‖ eriothonii F *erichthonii* Comm 3 filius] secundum plerosque nepos 4 *narcissus . . . dictus est* ex Ovid. Met. III 342 IV 368 (Atlantiades) accessisse videntur 5 hermophroditus F corr Comm 6 hilas F em Comm ‖ theodamantis F *thiodamantis* Bu 7 theseus ludis F *Nemeis Laius* coni Perizonius, |*Laius*| *nemeis ludis* Bu; Lange p. 48 Thesei nomen a librario interpolatum censet

'CCLXXIII qui . . . quintum decimum' habet F fol. 62 vereor tamen ne ex indice potius repetita quam ex ipso libro mso; cf. Val. Rose Pseudoaristot. p. 567 et O Schneider de Callimachi aetiis 1851 p. 6 11 ἄσπισεναργως F cf. CLXX 12 clypeum F ‖ hypermestrae F ‖ nuntiavit F 13 *parentibus Danaum* Sch 14 clypeum F ‖ *quem* Mic. i. m *quod* defendit Mu 15. 16 vicit [et] iterum d. a. c. et nisi i. v. s. descendit Mu vicit et iterum d. a. c. is nisi i. v. s. descendit Perizonius vicit et iterum d. a. c. et nisi i. v. s. descendit Bu 16 |*lex est*| *ut* Heinsius quod verum videtur ‖ *separ?*

Polydectae nutritori suo in insula Seripho: ubi cum luctatur percussit Acrisium avum suum et occidit. |itaque quod sua voluntate noluit, id deorum factum est numine.] Octavo loco fecit Hercules Olympiae gymnicos Pelopi Tantali filio, in quibus |ip|se contendit pammachio quod nos pancratium vocamus cum † Achareo. Nono loco facti sunt in Nemea Archemoro Lyci et Eurydices filio quos fecerunt septem duces qui Thebas ibant oppugnatum; in quibus ludis postea vicerunt Euneus et Deipylus Iasonis et Hypsipyles filii. his quoque ludis pythaules |qui pythia cantaverunt| septem habuit palliatos qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est choraules. Decimo Isthmia Melicertae, Athamantis filio et Inus fecisse dicitur |Sisyphus, ut ait| Patrocles. alii poetae dicunt Theseum. Undecimo fecerunt Argonautae in Propontide Cyzico regi Aenei filio, quem Iason imprudens noctu in litore occiderat, ¡cursu¦ saltu luctatione et iaculo. Duodecimo autem Arg[iv]is quos fecit Peliae Acastus filius. his ludis vicerunt Zetes Aquilonis filius dolichodromo Calais eiusdem filius diaulo, Castor Iovis filius stadio Pollux eiusdem filius cestu, Telamon Aeaci filius disco Peleus eiusdem luctatione, Hercules Iovis filius pammachio Meleager Oenei filius iaculo. Cycnus Martis filius armis occidit † Pilum † Diodoti filium. Bellerophontes vicit equo. quadrigis autem vicit Iolaus Iphicli filius Glaucum Sisyphi filium quem equi mordici distraxerunt. Eurytus Mercurii filius sagitta. Cephalus Deionis filius funda. Olympus Marsyae discipulus tibiis Orpheus Oeagri filius cithara Linus Apollinis filius

---

1 cum luctatur F *discum iaculatus* Perizonius *dum iaculatur* Mu 3 in F *id* Sch || factus F em Sch ‖ numero F corr Mu cf. fab. LXIII unde haec illata: secl. Sch 4 se F ipse Comm 5 pammachum F *pammachium* graecissans Barth Stat. III p. 343 pammachio Sch ‖ achareo F *Leucaro* (Staveren) O Schneider coll. Aristot. fr. 430 6 archaemoro F corr Comm 8 *postea* post *quoque ludis* trai. Σ ‖ eunaeus et deiphylus F corr Mu (f. XV) 9 *cantaverat* Salm. Tertullian. de pall. p. 470 [*qui Pythia cantaverat*] secl. Mu 12 *Sisyphus ut ait* . . . Bu *fecit Sisyphus* O Schneider ‖ eratocles F scriptoris alicuius veteris latere nomen suspicabatur Scheffer *Patrocles* e Plut. quaest. com. V 3 restituit O Schneider 13 una cum F *Aenei* O Schneider 14 |*cursu*| add. idem 15 argivis* F corr Mu *ad Anaurum rivum* pro *autem argivis* temere O Schneider 16 acastus pelei F *Acastus Peliae* Mu *Peliae Acastus* O Schneider || zethus F em Staveren 19 pammacho F corr Sch 20 cygnus F ‖ *Leodoci* coni Σ Apoll. Rhod. I 119 22 *mordicitus* Heinsius i. m *mordicus* Mu: fortasse *mordicibus* 23 marsiae F corr Comm 24 cythara F em Comm

cantu Eumolpus Neptuni filius ad Olympi tibias voce. Tertiodecimo fecit in Ilio Priamus cenotaphium Paridi quem natum iusserat interfici |et| gymnicos, in quibus certati sunt cursu Nestor Nelei filius Helenus Priami filius Deiphobus eiusdem Polites eiusdem Telephus Herculis filius Cycnus Neptuni filius Sarpedon Iovis filius Paris Alexander pastor Priami ignarus filius. vicit autem Paris et inventus est esse Priami filius. Quartodecimo Achilles Patroclo funebres in quibus Aiax vicit lucta et accepit lebetem aureum munus, deinde Menelaus vicit iaculo et accepit muneri iaculum aureum. demisso spectaculo eodem Phrygas captivos duodecim in rogum Patrocli et equum et canem coniecit. [Quintodecimo fecit Aeneas Veneris et Anchisae filius in Sicilia ad Acesten Crinisi fluminis filium hospitem. ibi Aeneas patris ornavit exequias ludicroque certamine honores debitos manibus solvit, in quibus primum navale certamen fuit †de Mnestheo navis Pristis Gyas navis Chimaera Sergestus navis Centaurus **vicit autem Cloanthus cum navi Scylla et accepit praemium talentum argenti, auratam chlamydem ex purpura intextum Ganymeden. Mnestheus loricam adeptus est, Gyas abstulit lebetas cymbiaque argento caelata, Sergestus captivam cum duobus filiis nomine Pholoen. Secundo deinde certamine *cursu Nisus Euryalus Diores Salius |Patron| Helymus Panopes. vicit Euryalus, accepit praemium equum phaleris insignem secundo Helymus amazoniam pharetram tertio Diores galeam argolicam Salio exuvias leonis donavit Niso clipeum opus Didymaonis. Tertio deinde certamen* cestibus Dares et Entellus. vicit Entellus, accepit praemium taurum; Dareti galeam et ensem tribuit. Quarto

---

1 cf. fab. XCI 3 |*et*| add Mu ‖ *certaverunt* Mic. i. m 4 nerei F *Nilei* Mu 5 cygnus F 12 Virg. Aen. V° ‖ acestẽ F Comm 13 crinisi] Serv. Virg. Aen. I 550 V 711 cf. Nic. Heins. Claud. R. P. II 57 Hessel ad Vib. Seq. p. 26 (p. 93 Oberl.) Wagner Virg. Aen. vol. II p. 730 15 *fuit . decertarunt . . . Mnestheus* coni Mu nisi e Virg. Aen. V 115 restituendum *de|lectis IV navibus|. Mnestheus* ‖ pistris F et nonnulli Virgilii libri corr Mu 16 chimaerae F em Sch 18 clamydem F em. ed. Hamb. 1674 ‖ ex F *et* Sch possis *|habentem limbum| ex purpura intextum|que|* 19 gygas F corr Comm 20 argento perfecta Virg. V 267 21 *|contenderunt| cursu* e Virg. V 291 coni. Σ (sc. certarunt Mic. i. m) 22 *|Patron|* add Perizonius ‖ helimus F corr Bu 23 phalaris F em Comm ‖ helimus F 25 clypeum F ‖ didimaonis F em Comm 26 *certamen |inierunt|?*

deinde certarunt sagitta Hippocoon Mnestheus Acestes Eurytion, [qui accepit muneri galeam] †quia iudicis propter omen Acestae honorem cessit. Quinto Ascanio puero duce luserunt pueri Troiam.]

CCLXXIV Quis quid invenerit

***nomine Cerasus vinum cum Acheloo flumine in Aetolia miscuit, unde miscere *κεράσαι* est dictum. antiqui autem nostri in lectis triclin|i|aribus in fulcris capita †asellorum vite alligata habuerunt significantes suavitatem inventi. [caper autem vitem quam praeroserat plenius fructum protulit, unde etiam putationem invenerunt.] Pelethronius frenos et stratum equis primus invenit. Belone prima acum reperit, quae graece *βελόνη* appellatur. Cadmus Agenoris filius aes Thebis primus inventum condidit; †Sacus Iovis filius in Panchaia in monte Taso aurum primus invenit; †Indus rex in Scythia argentum primus invenit quod Erichthonius Athenas primum attulit [Elide quae urbs est in Peloponneso certamina quadrigarum primum instituta sunt]; Midas rex Cybeles filius Phryx plumbum album et nigrum primus invenit. Arcades res divinas primi dijs fecerunt. Phoroneus Inachi filius arma Iunoni primus fecit, qui ob eam caussam primus regnandi potestatem habuit.

---

1 hyppocoon F em Comm 2 quia iudicis* F *quia iudicio* Sch *quia auspicii* Mu *qui arundinis* Σ ‖ omne F *omen* Iuda Bonutius *qui propter omen ardentis arundinis* malit Σ 4 troiani F corr Salmasius i. m e Virg. Aen. V 602

5 cerassus F corr Sch 6 cerassae F κερᾶσαι Comm 7 triclinaribus F corr Tiliobroga ‖ pulchris F corr Mic. i. m, Iuda Bonutius, Theodorus Marcilius ap. Tiliobr. ad Stat. p. 505 (picturis Lindenbr.) ‖ ascellorum F *capellarum* Tiliobr. l. c *Acheloi* coni. Σ 8 *significantes |capram vini|* Tiliobroga ‖ invenisse F *inventi* coni. Σ ‖ *vitis autem caper* ci Σ 9 potationem F em Tiliobroga 10 Pelethronius] Plin. n. h. VII 56, 202 11 belone F βελόνη Bu 12 *contulit* R Unger parad. Theb. p. 8 *contudit* Iac. Gronov. Thes. vol. I ad tab. M ‖ sacus F 'primi dicuntur aurum Aeacus argentum Indus rex Scythiae reperisse' Cassiodor. Var. IV 34 'Thoas aut Aeacus in Panchaia' Plin. h. n. VII 56, 197 (ubi tamen Aeacus debetur Urlichsio in IIB. LXXVII 488 aeaclis DF e aclis r) 15 *elide* . . . 16 *sunt* alieno loco intrusa esse patet, secl. Bursian 17 'plumbum Midas regnator Phrygiae' Cassiod. III 31 'plumbum ex cassiteride insula primus adportavit Midacritus' Plin. h. n. VII 56, 197 ‖ |*Pelasgus et Lycaon*| *Arcades* malit Σ 18 arma] Cassiodor. Var. VII 18 'hoc primum Phoroneus Iunoni dicitur obtulisse ut inventum suum numinis ut putabant auspicio consecraret' cf. CXLIII

Chiron Centaurus Saturni filius artem medicinam chirurgicam ex herbis primus instituit; Apollo artem ocularíam medicinam primus fecit; tertio autem loco Asclepius Apollinis filius clinicen reperit. [Antiqui |quia| obstetrices non habuerunt, unde mulieres verecundia ductae interierant (nam Athenienses caverant, ne quis servus aut f[o]emina artem medicinam disceret) Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam discere. quae cum concupisset, demptis capillis habitu virili se H[i]erophilo cuidam tradidit in disciplinam. quae cum artem didicisset et f[o]eminam laborantem audisset ab inferiore parte, veniebat ad eam. quae cum credere se noluisset existimans virum esse illa tunica sublata ostendebat se f[o]eminam esse: et ita eas curabat. quod cum vidissent medici se ad f[o]eminas non admitti Agnodicen accusare coeperunt, quod dicerent eum glabrum esse et corruptorem earum et illas simulare imbecillitatem. quod cum Areopagitae consedissent Agnodicen damnare coeperunt. quibus Agnodice tunicam allevavit et se ostendit f[o]eminam esse. et validius medici accusare coeperunt. quare* tum f[o]eminae principes ad iudicium convenerunt et dixerunt: vos coniuges non estis sed hostes, quia quae salutem nobis invenit eam damnatis. tunc Athenienses legem emendarunt ut ingenuae artem medicinam discerent.] Perdix Daedali sororis filius circinum et serram ex piscis spina repperit. Daedalus Eupalami filius deorum simulac[h]ra primus fecit. Euadnes qui in Chaldaea de mari exisse dicitur astrologiam interpretatus est. Lydi Sardibus lanam |in|fecerunt, postea |i|dem s|t|amen*. Pan fistulae cantum primus invenit. [in Sicilia frumentum Ceres prima invenit.] Tyrrhenus Herculis filius tubam primus invenit hac ratione: quod cum carne

---

2 artem F *autem* coni Σ 4 *antiqui |quia|* Σ 8 hierophilo F *herophilo* corr. Σ (= medico, ut supra Phalaris pro tyranno) 10 quae F *cui* Sch *quae cum credere se |ei|* Heinsius ‖ aestimans F corr Σ 13 agnodicem F 15 quo cum F corr Bu ‖ agnodicem F 17 et validius F *at validius* Sch *eo validius* Mu ‖ *quare |damnata est|. tum* coni Bu *quare tum|ultuantes|* conicerem, nisi maiorem defectum indicasse videretur Micyllus cum sic locum exprimendum curaret *quare * tum* 20 emendarunt* F 22 'spinas in pisce' Ovid. Met. VIII 244 23 *simulacra* Comm ‖ Ἰώάννης Salmasius in m. Ὥρης Hellad. chrestom. c. 75 24 surculis F corr Turneb. Adv. XXI 9 e Plin. VII 56 25 fecerunt F corr idem ‖ idem samen F Comm *idem semen* ed. Lugd *idem stamen* Mu et Tur[illegible]ebus l. c *iidem panum* O Schneider 26 *|in . . . invenit|* secl. Σ coll. CCLXXVII [illegible]cilia F em Comm

humana comites eius vescerentur, ob crudelitatem incolae circa regionen diffugerunt; tunc ille quia †ex eorum decesserat concha pertusa buccinavit et pagum convocavit, testatique sunt se mortuum sepulturae dare, nec consumere. unde tuba tyrrhenum melos dicitur. quod exemplum hodie Romani servant et cum aliquis decessit tubicines cantant et amici convocantur testandi gratia eum neque veneno neque ferro interiisse. Hortini autem classica invenerunt. Afri et Aegyptii primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.

CCLXXV Oppida qui quae condiderunt

Iovis in India Thebas Thebaidos, nomine nutricis suae: quae hecatonpylae appellantur ideo quod centum portas habent. Minerva [in Chalcide] Athenas, quas ex suo nomine appellavit. Epaphus Iovis filius in Aegypto Memphim, Arcas Iovis filius in Arcadia Trapezunta. Apollo Iovis filius* Arnas: Eleusinus Mercurii filius Eleusinem. Dardanus Iovis filius Dardaniam. Argus Agenoris filius Argos. [Cadmus Agenoris filius Thebas heptapylas, quae septem portas habuisse dicuntur.] Perseus Iovis filius Perseida. Castor et Pollux Iovis filii Dioscorida. Medus Aegei et Medeae filius in Ecbatanis Mediam. Camirus Solis filius Camiram. [Liber in India Hammonem]. Ephyre nympha Oceani

---

2 ubi qui (quum quis Sch) ex eorum numero Barth Stat. t. III p. 505; vitio laborare non videtur nisi id quod est *ex* e |*rem*|*ex* vel simili quodam vocabulo depravatum 5 rhomani F em Comm ‖ *quod exemplum . . . invenerunt* secl Sch 7 cornicines F *Hortini* O Schneider coll. Serv. Aen. VII 716 ‖ classici F *classica* idem 8 Plin. h. n VII 56 9 *unde bellum est dictum* secl. Barth Stat. t. II p. 889 'postea Belus ferreum gladium primus produxit a quo et bellum placuit nominari' Cassiod. Var. I. 30

10 in India] defendit Turneb. advers. XXI 9 cf. fab. CXXXIII anon. descr. orb. p. 18 ed Godofr. ‖ thebaidas F corr Turnebus 12 chalcide F *Atthide* Meursius de fort. Att. *in terra Attica* coni. Bu ‖ cf. CLXIIII 14 *filius* |*in Chalcidice*| *Arnas* Bu coll. Thucyd. IV 103, idem coni. Σ nisi quod praeterea ** *Apollinis filius* mallet 16 argos quae* F *Argos* [*quae*] Sch 17 dicitur F corr Mu, nisi *Thebam heptapylam* malis 18 *persida* Mu, Mideam dicit cf. St. Byz. 451, 14 ‖ dioscorida F *dioscoriada(m)* Mu coll. Ammian. Marc. XXII p. 231 Lindenb. Διοσκούρων κώμη Steph. Byz. 233, 20 Λιβύης ἐν ᾗ τὸν Πάριν ἐπιδιώξαντες ἥρπασαν τὴν Ἑλένην οἱ Διόσκουροι ἣν ὤχησαν (sic) 19 Medam F *Mediam* Sch. coll. Isidor. Orig. XV 1 idem vel *Medeam* coll. Iustin. XLII 3 Muncker ‖ nilus F *camirus* Sch 20 carmentum F *Camirum* Sch ‖ *Liber . . . Hammonem* et supra *Cadmus . . . dicuntur* secl Σ cum

filia Ephyren, quam postea Corinthum appellarunt. Sardo Stheneli filia Sardis: Cinyras Paphi filius filiae suae nomine Smyrnam. Perseus Iovis filius Mycenas. Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem.

CCLXXVI Insulae maximae

Mauritania posita ad solis occasum in circuitu stadia LXXVI
Aegyptus in sole et austro posita quam Nilus circumlavat circuitu stadia*
Sicilia in triscelo* posita circuitu stadia XXXDLXX*
Sardinia in circuitu stadia XCCL
Creta in longitudine** et oppida utraque parte centum possidet circuitu stadia XXC
Cyprus posita est inter Aegyptum et Africam similis scuto Gallico *circuitu stadia XLIC
Rhodus in rotundo posita circuitu stadia XXC
Euboea consimilis arcui circuitu stadia XXCC
Corcyra ager bonus circuitu stadia XXC
† Sycion ager bonus circuitu stadia mille centum
Tenedos insula contra Ilium circuitu stadia MCC
Corsica ager pessimus circuitu stadia MCXX
Cyclades insulae sunt novem, id est Andros Myconos Delos Ten[ed]os Naxos Seriphus Gyarus Paros Rhene.

CCLXXVII Rerum inventores primi

Parcae Clotho Lachesis Atropos invenerunt literas graecas septem *AB† HTIY*, alii dicunt Mercurium ex gruum volatu, quae

---

inde a *Eleusinus . . . Sardis* enumerentur oppida e nominibus conditorum appellata 1 Sardis] Neue Formenl. I p. 257 2 cynaras F corr Mu

CCLXXVI caput delet O Schneider de Callim. aetiis p. 7 cf. Aristot. de mundo Stob. ecl. phys. I 42, 2 p. 654 Heer. Apulej. de mundo p. 262 ed. Scriv. 19 Corsyca F 20 Micos et 21 tardos F, corr Mic. i. m ‖ numeros non attigi

CCLXXVII falluntur qui interpolatori tribuunt cf. Dosith. p. 67. neque a CCLXXIV est avulsum, quae Bursiani fuit sententia IIB XCIII p. 783, sed antiquitus capitis huius exordium erat 22 *Parcae* [*id est*] aut *Parcae* [*Clotho Lachesis Atropos*] coni. Σ nimirum Parcarum una loquitur altera scribit secundum Servium et myth. Vat. p. 187, 36 23 H non Parcarum est sed Simonidis inventum, sextam igitur et septimam ignoramus ‖ ITY coni Σ, ut alphabeti duae priores et posteriores literae

cum volant literas exprimunt. Palamedes autem Nauplii filius invenit aeque literas undecim, Simonides literas aeque quatuor *ΩΗΞΨ*, Epicharmus Siculus duas *Θ* et *X*. has autem graecas [Mercurius in Aegyptum primus detulisse dicitur, ex Aegypto Cadmus in Graeciam quas] Euandrus profugus ex Arcadia in Italiam transtulit, quas mater eius Carmenta in latinas commutavit num. XV. Apollo in cithara c[a]eteras adiecit. idem Mercurius et palaestram mortales primus docuit. Ceres [fruges serere] boves domare et alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit. qui cum sevisset et sus [id est porcus] quod severat effodisset, suem comprehendit et duxit ad aram Cereris et frugibus super caput eius positis eidem Cereri immolavit. inde primum inventum est super hostias molam salsam imponere. Velificia primum invenit Isis. nam dum quaerit Harpocratem filium suum rate velificavit. Minerva prima navem biproram Danao aedificavit, in qua Aegyptum fratrem profugit

(desunt nonnulla)

---

a Parcis dicantur inventae ‖ gruum volatu] cf. Auson. idyll. XII qui Φ literam vocat gruis effigiem, Martial. XIII 75 Nemesian. aucup. 15 vol. I p. 130 Wernsd. 'nec qui te volucres docuit Palamede figuras' 2 undecim] *XVI* (vel *XVII)* malit Mu temere. nam VII et XI decem et octo illas literas priscas conficiunt, quas recenset Aristot. fr. 454 ed. Ros. ap. Plin. h. n. VII 5. 57 3 ωεζφ F corr Σ e Bekk. AG. 781. 782 n ‖ π et ψ F (imo H et Ψ) quibus librarius corrigebat errorem in literis Simonideis commissum, corr Σ ex Aristot. l. c: 'duas ab Epicharmo additas ΘX (XZ F² om. r. ΨZ Detlefsen) quam a Palamede mavolt'. certum igitur inter literas a Palamede inventas fuisse ZΦ 4 ex Aegypto] *ex Phoenice* Plin. l. c Marius Victor. l. I scribendum igitur: *has autem Graecas |quas| Mercurius in Aegyptum primus detulisse dicitur ex Aegypto |Danaus vel ut alii dicunt ex Phoenice| Cadmus in Graeciam, Euandrus* coll. Pythodor. Bekk. AG. II 783, 7. 786, 4 6 XV F XVI corr Mu cf. Laur. Lyd. de mensib. 3 7 id quod est *ceteras adiecit* cum neque de literis intellegi possit ab Apolline adinventis neque literarum numero a M. Flavio scriba aucto, locum hiulcum esse apparet. Excidit tale quid: *|Idem Mercurius primus lyram tribus (quatuor) fidibus instruxit|* 8 [*fruges serere*] secl. Sch 10 servisset F corr Lugd. Sch ‖ [*id est porcus*] secl Sch cf. CXXVI 3 15 cf. CLXVIII ‖ hoc caput excepisse videtur fab. CCLXXIV 'quis quid invenerit' ubi lacuna a Σ indicata hausta videtur Liberi patris vinique ab eo inventi memoria

Index

Abas 14, 2. 34, 4. 7. 46, 11. 137, 2. 146, 12
Abderus 64, 17
Absoris oppidum 54, 12. 55, 17
Absoritani 55, 18
Absyrtus 53, 22
Acamas 37, 13. 98, 1. 101, 16
Acastus 48, 1. 54, 27. [95, 8] 147, 16
Acestes 148, 12. 149, 1
Achamantis † 33, 11
Achareus † 147, 5
Achelous 11, 9. 12, 11. 22, 11. 65, 17. 108, 10. 149, 5
Achilles 89, 11. 90, 4. 94, 1. 97, 2. 99, 5. 25. 100, 7. 10. 19. 20. 101, 1. 104, 3. 105, 17. 142, 4. 145, 18. 148, 7
Achivi 97, 23
Acoetes 114, 12. † 115, 1
Acrisius 13, 4. 61, 23. 83, 7. 147, 2
Actaea 10, 15
Actaeon 36, 14. 137, 17
Actor 14, 14. 45, 13. 47 n. 23. 94, 24
Admete 11, 5
Admetus 28, 16. 44, 19. 57, 17. 58, 2. 139, 8
Adonis 60, 23. 138, 3 139, 11. 146, 1
Adrastea 35, 15
Adrastus 66, 19. 74, 14. 75, 3. 76, 15. 77, 18. 135, 10
Adriaticum mare 53, 23
Aeacus 13, 9. 28, 15. 45, 20. 49, 14. 58, 18. † 82, 9
Aeaea 109, 2. 111, 17
Aeeta 12, 12. 13. 39, 9. 15. 45, 19. 53, 4. 21. 55, 1. 56, 1. 120, 1. 137, 12
Aegea oppidum 129, 18
Aegeus 28, 14. 46, 1. 55, 12. 68, 3. 72, 15. 81, 1. 134, 19
aegeum mare 134, 19
Aegiale 63, 2
Aegialeus 78, 9
Aegina 58, 16
Aegipan 13, 9
Aegisthus 84, 12. 102, 13. 103, 5. 105. 106, 6. 136, 22. 139, 15
Aegle 9, 11
Aegyptus 31, 11. 33, 12. 102, 18. 152, 6
Aello 37, 9
Aëllopos 47, 16
Aenaria insula 107, 13
Aeneas 88, 18. 99, 15. 100, 2. 101, 15. 139, 13. 140, 20. [144, 7.] 148, 12
Aeneus 147, 13
Aeolus 13, 13. 38, 5. 39, 18. 61, 7. 63, 2. 107, 5. 118, 25. 133, 14. 139, 16
Aeon 37, 14
Aeropa 84, 4. 90, 1
Aesculapius 28, 11. 57, 13
Aeson 28, 14. 39, 15. 43, 18

Aethalides 44, 23. 114, 20
Aether 9, 2. 17. 18
Aethlios 13, 6
Aethon 36, 5. 37, 14. — (aquila) 65, 13
Aethops 36, 2
Aethra 68, 4. 81, 1. 135, 21
Aetna 20, 23. 26, 19
Agamede 14, 4
Agamemno 80, 14. 85, 18. 89, 1. 90, 1. 92, 13. 97, 6. 100, 15. 101, 6. 102, 8. 104, 9. 106, 6. 133, 8. 134, 9. 136, 22. [144, 10]
Aganippe 61, 23
Agapenor 82, 9. 90, 12
Agathon 86, 26
Agaue 10, 16. 15, 5. 35, 5. 37, 22. 134, 6. 10. 140, 14
Agenor 13, 6. 14. 24, 9. 33, 2. 34, 12. 47, 16. 51, 16. 62, 19. 80, 3, 100, 3. 12. 101, 16. 106, 4. 136. 20
Aglaurus 140, 5
Agnodice 150, 6
[Agre 37, 8]
Agreus 15, 6
Agrianome 45, 15
Agrius 10, 9. 30, 1. 37, 14. 135, 3
Aiax 148, 8. (Telam.) — 82, 9. 90, 7. 97, 17. 99, 19. 100, 16. (Telam.) 101, 10. 134, 22. — Oileus 82, 8. 90, 13. 101, 3. et Locrus 100, 16. 101, 19
Aiacis petrae 101, 23
Alce 37, 10
Alcestis 54, 19. 57, 18. 136, 3. 139, 8
Alcimede 39, 15
Alcimedon 114, 21
Alcimena 63, 8
Alcinous 53, 24. 54, 2. 109, 11
Alcmaeon 78, 12. 79, 3. 137, 12
Alcon 28, 14. 29, 1. 46, 1
Alcumena 13, 1. 131, 11
Alcyone 11, 19. 14, 2. 29, 22. 63, 2. 123, 9
Alecto 10, 5
Alemone† 10, 9
Aletes 105, 3. 106, 7
Aleus 16, 1. 46, 24. 93, 3
Alexander Paris 86, 23. 87, 7. 8. 88, 1. 97, 15. 99, 8. 14. 100, 8. 101, 13. [145, 14.] 148, 2. 6
Alexander (Achivus) 106, 5
Alexander Magnus 129, 19
Aloeus 56, 20
Alope 29, 6. 118, 26. 133, 14
Alpheus 11, 10
Altercatio 9, 14
Althaea 27, 19. 28, 2. 18. 29, 7. 47, 4. 7. 8. 112, 8. 133, 2. 138, 9
Amalthea 17, 7. 35, 15
Amathia 10, 19
Amazones 49, 4
Ambracia 106, 1
Ambrosia 35, 21. 122, 22
Amicitia 9, 7
Amphialus 105, 18
Amphiaraus 47 n. 23. 75, 8. 77, 21. 78, 16. 111, 24. 138, 12
Amphidamas 46, 24. 26
Amphimachus 82, 8. 90, 13
Amphinome 10, 17
Amphion 13, 5. 41, 9. 42, 10. 46, 23. 47, 1. 77, 15. 80, 3
Amphithemis 48, 23
Amphithoë 10, 16
Amphitrite 12, 1
Amphitryon 63, 8
Ampycus 28, 19. 45, 9. 48, 24. 111, 23
Amycus 14, 12. 51, 6
Amymone 14, 11. 31, 24. 33, 14. 46, 9
Amymonium fl. 32, 5
Amyntor 29, 1. 33, 4. 90. 3
Anatole 36, 11
Anaxibia 48, 1
Anaxibie 57, 18
Ancaeus 14, 7. 9. 28, 22. 47, 4. 48, 14. 49, 9. 51, 15. 138, 3
Anchises 88, 17. 115, 1. 141, 1. [144, 8.] 145, 13
Andromache 98, 17. 105, 17
Andromachus 33, 18
Andromeda 62, 15
Anius 137, 17

Antaeus 65, 4
Antheïs 133, 11
Anthippus 44, 16
Anthus 24, 9
Antianira 15, 3. 44, 22
Anticlia 90, 9. 108, 7. 128, 2. [135, 17]
Antigone 44, 12. 73, 23. 74, 10. 76, 2. 140, 8. 136, 14
Antilochus 82, 8. 90, 15. 100, 6. 11. 101, 1. 139, 18
Antimachus 32, 18
Antiochus 34, 1
Antiopa 13, 5. 13. 16, 4. 41, 1. 15. 45, 17. 64, 20. 134, 16
Antipaphus 33, 20
Antiphates 107, 11. 115, 5
Antiphonus 86, 25
Antiphus 82, 8. 91, 2. 100, 16
aper Cremmyonius 69, 3
Aphareus 28, 16. 46, 16. 49, 10. 81, 14
Apis 24, 3
Apollo 6, 267. 12, 7. 18, 8. 19, 8. 22, 12. 28, 12. 42, 18. 47 n. 23. 46, 10. 51, 18. 57, 5, 13. 58, 2. 66, 7. 86, 1. 97, 14. 100, 3. 10. 104, 13. 115, 1. 122, 4. 124, 14. 127, 10. 128, 6. 10. 150, 2 (inventor ocularіae medicinae). 151, 14 (conditor). 153, 7 (cithara, literae)
Apseudes 10, 18
Aptale 15, 4
Aquilo 14, 10. 18, 3. 47, 13. 49, 11. 51, 2. 59, 4
Arcades 149, 17
Arcadia 29, 6
Arcas 30, 9. 131, 13. 151, 13. (cond.)
Arcesilaus 90, 3
Arcesius 28, 16. 121, 4
Archelaus 5, 219. 129, 6
Archelous † 16, 2
Archemachus 86, 20
Archemorus 79, 9. 147, 6
Archenor 43, 13
arcturus 113, 10
Areopagitae 150, 15
Arestorides 24, 8
Arete 53, 27. 54, 1
Aretus 86, 25
Arethusa 10, 20. 14, 2. 37, 17
Arge 128, 21
Arges 10, 1
Argia 11, 7. 23, 13. 24, 11. 48, 3. 76, 2. 16
Argiodus 37, 10
Argiope 34, 12. 14
Argivi 34, 10. 97, 2
Argo 37, 17. 49, 21
Argonautae 50, 10. 51, 8. 52, 7. 147, 13
Argus 13, 3. 24, 6. 8. 39, 20. 48, 3. 49, 2. 52, 16. 106, 3. 151, 16
Aria insula 49, 1. 52, 9
Ariadne 46, 5. 47, n. 23. 70, 10. 132, 1. 141, 15. 145, 20
Arion 124, 11
[Aricia 145, 2]
Aristaeus 15, 8. 36, 14
Aristogiton [142, 7] 143, 1
Aristomachus 106, 8. 116, 10
Aristonous 34, 1
Armoasbus † 33, 10
Arnae 151, 14
Arprites 14, 9
Arsalte † 33, 13
Arsinoë 35, 21
[Asbolus 37, 8]
Ascalaphus 15, 2. 82, 8. 90, 7. 100, 12
Ascanius 86, 20. 141, 1. 149, 3
Asclepius 15, 5. 47, n. 23. 128, 9. 132, 6. 139, 5. 150, 3 (clinice)
Ascus 10, 12
Asopus 13, 9. 58, 16
Assaracus 88, 17. 132, 13
Asterides † 33, 9
Asterie 11, 12. 58, 25
Asterion 44, 12. 47, 1
Asterius 33, 6
Asteropaeus 99, 25
Asterope 83, 6
Astraeus 10, 8. 11, 18
Astyanax 98, 16
Astycratia 43, 10. 77, 17

Astynome 77, 17. 86, 25. 100, 20
Astyoche 15, 10
Astyochea 102, 17
Astypalaea 14, 7
Atalante 29, 3. 14. 78, 2. 93, 4. 117, 3
Athamas 33, 9. 38, 5. 20. 40, 1. 14. 52, 18. 132, 16
Athenae 18, 19. 19, 6. 55, 12. 151, 12
Athos 10, 11
Atys 5, 213
Atlantius † 146, 5
Atlas 11, 14. 18. 13, 7. 8. 14, 1. 2. 15, 9. 65, 1. 83, 1. 109, 2. 122, 19
Atlites † 33, 19
Atreus 83, 24. 84, 4. 90, 1. 106, 6. 136, 22. 137, 4. [143, 19]
Atropos 9, 9. 27, 22
Auge 16, 1. 36, 11. 93, 3
Augeas 46, 26
Augias 14, 4. 63, 13
Aurora 11, 15. 18. 120, 6. 145, 16
Autodice 33, 11
Autolycus 49, 3. 127, 11. 15
Automedon 90, 5
Autonoe 35, 5. 36, 14. 37, 23.
Auxo 36, 8
Avernus lacus 108, 2
Axius 11, 9. 86, 22
Babylon 152, 4
Bacchae 113, 19
Bebrycia 51, 6
Bel 36, 5
Bellerophon 60, 3
Bellerophontes 147, 20
Belone (acus inventrix) 149, 11
Belus 31, 10. 106, 4. 151, 9
Beroe 10, 20. 20, 14. 35, 7
Bia(nte)s 86, 23
Bias 48, 1. 57, 19. 130, 14
Bimater 20, 19
Bisaltis 119, 20
Bitias 141, 2
Blanirus † 82, 9
Blias 140, 7
Boeotus 13, 3. 118, 18. 139, 16
Boëtis † 13, 9
Borax 37, 16
Boreas 11, 18. 37, 14
Bosphorus † 24, 17
Briareus 9, 19
Briseïs 96, 23. 97, 6
Briseus 96, 23
Brissonius † 86, 21
Bromie 35, 17. 21
Bronte 36, 3
Busiris 14, 12. 59, 21. 65, 6
[Butas 144, 6]
Butes 48, 16
Byblis 135, 10
Cadmus 13, 2. 34, 18. 38, 13. 40, 16. 80, 3. 132, 15. 149, 11. 151, 16
Caelum 9, 17
Caeneus 28, 19. 135, 4
Calaïs 47, 13. 49, 11. 52, 2. 147, 17
Calchas 91, 6. 92, 18. 112, 3. 121, 6
Caligo 9, 1. 2
Callianassa 10, 17
Calliope 44, 10
Callirrhoë 12, 23. 24, 8. 26, 2
Callisthene(s) 133, 9
Callisto 13, 10. 30, 9. 17. 131, 13. 132, 2
Calyce 14, 6
Calydon 29, 5
Calydonius aper 28, 7. 29, 11
Calypso 11, 19. 109, 2, 136, 11
Camilla 140, 1
Camirus 151, 19
Canace 133, 15. 135, 2. 136, 9
Canache 37, 9
Canethus 45, 16. 48, 21
canicula 113, 11
Cantha † insula 54, 13
Canthus 33, 6
Capaneus 30, 4. 75, 4. 77, 18. 90, 11
Capharea saxa 101, 21
Carcanus 100, 16
Carmenta 153, 6
Carpo 36, 9
Cassandra 86, 28. 87, 17. 88, 13. 98, 6. 101, 19. 102, 8. 112, 3
Cassiope 62, 15
Cassiopia 25, 3

Castor et Pollux 13, 2. 28, 10. 46, 13. 80, 12. 81, 17. 88, 12. 131, 14. 139, 6. 147, 17. — cond. Dioscorida 151, 18
Cassus 33, 16
Caucasus 28, 10. 59, 15
Ce(b)riones 86, 20
Cecrops † 14, 13. 20, 9. 72, 14
Celeano 11, 19. 14, 9. 34, 1. 47, 16. 123, 9
Celeus 21, 11
Cenchreis 60, 15
centauri 61, 21. 66, 19
Centaurus navis 148, 16
Cephalion 48, 22
Cephalus 15, 3. 72, 14. 120, 3. 134, 17. 145, 16. 147, 23
Cepheus 46, 24. 62, 16
Cephisus 11, 9
Cerasus [κεράσαι] 149, 5
Cerberus 12, 16. 25, 12. 65, 2. 139, 5
Cercyon 14, 13. 28, 19. 69, 2. 118, 26. 133, 14
Ceres 11, 16. 12, 6. 20, 20. 21, 1. 22, 12. 83, 2. 139, 3. [144, 1.] 145, 12. [150, 26.] 153, 8
Ceto 11, 1
Ceyx 63, 1
Chalciope 39, 16. 22. 49, 1. 52, 16. 140, 12
Chaos 9, 1. 2
Charops 37, 14
Charybdis 108, 23
Chediaetros † 37, 20
Chersis † 11, 1
Chiade † 43, 8
Chilon 130, 14
Chimaera 12, 18. 25, 17. 60, 8. navis 148, 16
Chias 77, 17
Chiona 14, 10. 127, 9
Chirodamas 86, 21
Chiron 11, 17. 16, 9. 45, 20. 94, 1. 150, 1. (invenit chirurgicam artem med.)
Chloris 42, 24. 43, 4. 9. 45, 9. 46, 23. 77, 17. 90, 14
Chro[mius] 86, 19. 100, 15
Chrysaor 12, 22. 23. 26, 1. 64, 21
Chryseïs 96, 25. 104, 10
Chryses 104, 8. iunior 104, 20
Chrysippus 33, 3. 83, 25. 136, 1. 146, 7
Chrysolaus 86, 21
Chrysorrhoas flumen 122, 18
Chrysothemis 33, 9
Chthonia 72, 3. 133, 12
Chthonius 35, 1
Cicero 49, 19
Cicones 106, 10
Cilix 34, 17
Cinna † 24, 5
Cinyras 60, 15. 135, 8. 145, 13. condidit Smyrnam 152, 2
Circe 12, 12. 13, 11. 107, 13. 111, 11. 127, 4
Cisseïs 35, 17. 21. 87, 2. 99, 10. 129, 7
Cisus 106, 8
Cleio 10, 20
Cleo 33, 6
Cleobs 141, 2
Cleobula 15, 6. 46, 24. 130, 14 132, 17
Cleodoxe 77, 16
Cleopatra 33, 7. 51, 16
Cloanthus 148, 17
Clonius 82, 9. 90, 2. 100, 12
Clotho 9, 9. 27, 22
Clymene 10, 18. 11, 14. 12, 8. 13, 11. 16, 5. 26, 9. 44, 9. 18. 48, 7. 78, 15
Clymenus 27, 6. 129, 3. [133, 10.] 135, 7. 137, 15. 140, 4
Clytemnestra 80, 12. 92, 22. 102, 10. 103, 3. 105, 1. 134, 9
Clytie 11, 7
Clytius 45, 17
Clytus 33, 11. 101, 16
Cocalus 69, 22. 70, 25
Coeranus 112, 2. 115, 17
Coeus 10, 7
Colchi 49, 6. 52, 19. 54, 10
Colchicus aries 12, 17
[Concordiae templum 145, 9]
Conscientia 9, 3

Corcyra insula 152, 16
Coran† 37, 14
Corinthus 54, 29
Coronis 15, 5. 35, 21. 47, n. 23. — (hyas) 122, 23. (Phlegyae filia) 128, 6
Coronus [45, 2.] 48, n
Corsica insula 152, 19
Corybantes 17, 12
Corynetes 14, 13. 68, 13
Cothonea 21, 2
Crataeïs flumen 127, 3
Creneïs 10, 21
Creon 55, 4. 56, 5. 65, 15. 73, 12. 75, 25. 80, 5
Creontiades 16, 1
Cresphontes 116, 10
Creta 29, 5. 64, 15. 162, 10
Cretheus 43, 15
Creusa 15, 4. 55, 8 86, 28
Criasus 24, 7
Critomedia 33, 20
Crotos 132, 6
Crumissa† insula 119, 22
Ctimenus 45, 12
Cura 130, 1
Curetes 17, 11. 52, 12
Cyaneae cautes 52, 13
Cyclades insulae 152, 20
Cyclopes 57, 15. 107, 2
Cycnus 14, 6. 15, 2. 145, 10. 147, 20. 148, 5
Cydippe 10, 19. 141, 2
Cygnus 27, 16. 65, 9
Cyllopodes 37, 15
Cyllene 140, 6
Cyllo 37, 18
Cymodoce 10, 14. 15
Cynosura 132, 4
Cyprius 37, 10
Cyprus insula 152, 11
Cyrene 5, 209. 15, 8. 46, 10
Cyri domus in Ecbatanis 131, 6
Cytisorus 39, 20. 49, 2. 52, 17
Cyzicus 50, 21
Daedalion 127, 9
Daedalus 69, 6. 137, 8. 150, 22
Damasichthon 43, 12
[Damon 140, 19]
Damone† 33, 4
Danae 13, 4. 61, 23. 131, 11
Danai 97, 11. 99, 13. 101, 18
Danaides 34, 9. 141, 16
Danaus 31, 20. 24. 34, 4. 6. 46, 10. 48, 3. 49, 8. 106, 4. 146, 8. 153, 15
Daphne 128, 12
Daplidice† 33, 18
Dardanus 13, 7. 123, 10. condidit Dardaniam 151, 15
Dares 148, 26
Dascylus 49, 5
Deianira 15, 10. 29, 21. 65, 18. 66, 13. 67, 11. 112, 10, 134, 11. 135, 22
Deicoon 16, 2
Deidamia 105, 18
Deinome 86, 28
Deion 120, 3. 126, 10
Deioneus 13, 10
Deiopea 10, 20
Deiopites 86, 25
Deiphilus† 50, 14
Deiphobus 86, 19. 87, 16. 99, 8. 100, 12. 20. 101, 15. 134, 10. 148, 4
Deipyla 76, 16
Deipyles 30, 3
Deipylus 98, 13. 147, 8
Delos 18, 7. 59, 6. 137, 17. conf. v. Anius
Delphi 103, 12
Demarchus 33, 17
Demnosia† 86, 27
Democoon 86, 22
Demoditas 33, 2
Demoleon 49, 3
Demonassa 45, 11. 14. 78, 9. 94, 17
Demophile 33, 11
Demophoon 60, 24. 72, 17
Dercetes 131, 8
Desmontes(?) 117, 21
Deucalion 13, 7. 26, 14. 18. 28, 17. 48, n
Dexamene 10, 17. 65, 27. 66, 14
Dia 13, 10. insula 70, 16

Diana 12, 7. 18, 8. 20, 24. 24, 8. 28, 6. 29, 11. 36, 14. 42, 19. 54, 18. 92, 15. 105, 12. 120, 14. 125, 14. 127, 12. [144, 11] Metapontina 118, 12. Dictynna 144, 15
Dianae templum Ephesi 103, 15. 131, 1
Diaphorus 91, 9
Dice 36, 9
Dictys 14, 4. 62, 4. 114, 21
[Dido 136, 12]
Didymaon 148, 25
Dies 9, 2. 17
Dino 11, 2
Dinomache 37, 17
Dinus 64, 18
Diomede 90, 12. et Diomedes 15, 2. 30, 3. 64, 16. 77, 10. 82, 10. 90, 10. 92, 21. 98, 1. 99, 15. 100, 19. 101, 6. 135, 3. 138, 11. 142, 5
Dione 10, 4. 12, 2. 42, 13. 82, 15
[Dionysius 142, 8]
Dionysus 20, 18
Diopithes 76, 14
Diores 90, 15. 148, 22
Dioscoris 151, 18
Dioxippe 12, 15. 16, 4. 37, 18
Dirce 41, 3. 11
Discordia 9, 7
Di(us) 86, 27
Dodonides 35, 16
Dolichus 33, 20
Dolon 86, 18. 100, 19
Dolopion 94, 24
Dolops 11, 17
Dolor 9, 12
Dolus 9, 12
Dorceus 37, 7
Doris 10, 14. filia 10, 17
Doryclus 86, 23
Doto 10, 16
Draco 37, 14. 64, 22. Draconteum genus 74, 2
Dromas 37, 9
Dromius 37, 15
Dryas 15, 2. 29, 1. 33, 12. 71, 14. 113, 21
Drymo 10, 19
Dryops 86, 23
Dymas 99. 11
Dynamene 10, 16
Dysis 36, 13
Ecbasus 24, 8
Echidna 12, 16. 25, 12.
Echion 15, 3. 28, 11. 34, 2 37, 21 44, 21. 80, 5
Echione 37, 18
Echominus † 33, 13
Eetion 105, 17
Elatus 28, 19. 44, 16. 45, 2. 78, 14. 111, 23. 128, 7
Electra 11, 19. 13, 7. 33, 17. 98, 19. 102, 15. 105, 1. 123, 9. 140, 8
Electryon 46, 7. 136, 19
Elephenor 82, 11. 90, 10. 100, 12
Elpenor 108, 2
Eleusinus 31, 1. 151, 14
Eleusis 151, 15
Eleuther 133, 2
Emphytus 10, 8
Enaesimus 29, 1
Enceladus 10, 7. 33, 4
Endeïs 45, 20
Endymion 5, 212. 146, 1
Entellus 148, 26
Enyo 11, 1
Eous 36, 2 5
Epaphus 13, 3. 24, 18. 25, 1. 151, 13
Epeus 97, 23
Ephialtes 10, 10. 33, 13. 55, 14. 56, 20. 57, 7
Ephoceus † 14, 2
Ephyre 10, 20. 151, 20. (condidit Corinthum)
Epicharmus 153, 3
Epimetheus 11, 14. 13, 6. 23, 4
Epistrophus 91, 9
Epopeus 14, 5. 41, 20. 114, 21. 128, 16. 140, 6
Erate † 34, 2
Erato 35, 17
Erebos 9, 2. 3
Erechtheus 15, 4. 47, 13. 71, 21. 72, 17. 133, 12. 140, 5
Eresus 86, 19
Ergeus † 14, 8
Erginus 47, 6

Eriboea 90, 7
Eribotes 45, 13. 48, 20
Erichthonius 14, 13. 20, 6. 72, 15. 149, 14
Eridanus flumen 26, 11
Erigona 105, 11. 112, 18. 132, 9. 136, 5. 140, 14
Eriphia 35, 17
Eriphyle 78, 13
Eris 87, 20
Erymanthius aper 64, 10
Erytus 44, 21
[Eryx 144, 6]
Eteocles 73, 23. 74, 13
Euadne † 14, 5. 24, 7. 90, 11. 135, 19
Euadnes (astrologus) 150, 23
Euaemon 90, 18
Euagoras 86, 22
Euagore(is) 11, 6
Euander 86, 18. 153, 5
Euanippe † 78, 14
Euarete 83, 7
Euboea 15, 6. 133, 9. 152, 15
Eubule 33, 17
Eud(a)emon 122, 23
Eudoxa 43, 12
Eudromus 37, 15
Euenus flumen 66, 23, 134, 20
Eueres 79, 19. 112, 1
Euhenus 16, 2
Euidea † 33, 15
Euippe 33, 1
Eumaeus 110, 3
Eumedon † 47 n. 23
Eumelus 82, 11. 90, 24
Eumolpus 14, 10. 71, 23, 148, 1
Euneus 50, 14. 147, 8
Eunice 10, 21
Eunomia 36, 8
Eupalamus 69, 6
Eupheme 132, 6
Euphemus 14, 11. 28, 14. 47, 2
Eupheno † 33, 21
Euphorbus 99, 23
Euphrates 11, 8. 126, 3
Euphrosyne 9, 6
Eupinytus 43, 9
Eupolemia 45, 1
Euporia 36, 9
Eurimus 106, 17. 112, 5
Eurisabe 24, 9
Euripides † 15, 5. 138, 1
Europa 13, 6. 34, 12. 47, 2. 70, 1
Europome † 33, 19
Euryale 11, 3
Euryalus 90, 12. [143, 17.] 148, 21
Eurybates 91, 8
Euryclia 109, 19. 110, 27
Eurydamas 45, 11
Eurydice 5, 216. 33, 6. 90, 17. [139, 11]
Eurylochus 107, 15
Eurymede 13, 14
Eurynome 11, 6. 76, 15. 77, 19
Eurypylus 82, 12. 90, 18. 100, 8. 13. 101, 3. 137, 12
Eurysthenes 33, 14
Eurystheus 64, 11. 65, 2. 66, 1. 106, 5
Eurytion 45, 14. 65, 26. 66, 14. 149, 1
Eurytus 10, 10. 15, 3. 28, 10. 21. 45, 17. 65, 24, 67, 6. 147, 22
Eusorus 50, 21
Euxinum mare 52, 14
Fatum 9, 3
Favonius 11, 18
Focus 47, n. 23
fontes 11, 20
Formido 12, 10
Furiae tres 10, 5
Galathea 10, 17
Ganymedes 132, 13. 146, 2
Gargaphia 36, 17
Gargasus 101, 14
Gavius † 100, 18
Geryon 12, 23. 26, 2. 64, 21
Gigantes 10, 6
Glauce 10, 14. 16, 5. 55, 5
Glaucippe 33, 10
Glaucus 57, 13. 99, 16. 100, 16. 101, 14. 115, 9. 127, 4. 138, 15. 139, 12. 147, 21

Gorge 29, 20
Gorgo 12, 16. 25, 12. 26, 1. 37, 18. 62, 20. Gorgones 11, 3
Gorgythion 86, 22
Guneus 82, 9. 91, 22
Gyarus insula 152, 21
Gyas 148, 16
Gyes 9, 9
Gymnastice 36, 12
[illegible]aemon 37, 15. 76, 5
Hammon Iovis 114, 8
Harmodius [142, 7.] 143, 1
Harmonia 40, 18
Harpalus 37, 10
Harpalyce 123, 17. 129, 3. 134. 7. [139, 19.] 140, 3. 141, 18
Harpalycus 37, 15. 123, 17
Harpocrates 153, 14
Harpyia 37, 9. 18. 51, 20
Hecabe 33, 12
Hecatea 5, 210
Hecaton 14, 6
Hector 86, 18. 95, 6. 97, 1. 99, 19. 100, 1. 11. 101, 13
Hecuba 87, 1. 98, 11. 99, 10. 135, 14. 138, 7. 141, 22
Helena 80, 11. 81, 1. 88, 6. 92, 13. 102, 25. 105, 14. 131, 14. 134, 9. 138, 9
Helenus 86, 22. 112, 2. 148, 4
Helice 33, 15
Helicta † 33, 16
Helie 12, 14
Helle 38, 6. 15. 39, 6
Hellen 13, 6. 13. 107, 5
Hellespontum mare 99, 12
Helymus 148, 22
Henicea † 86, 26
Heniochos 132, 17
Hercules 12, 19. 13, 1. 23, 12. 25, 14. 42, 26. 46, 6. 47, 21. 49, 3. 58, 14. 63, 21. 65, 8. 76, 11. 81, 9. 86, 8. 93, 3. 129, 10. 131, 11. 134, 11. 135, 9. 139, 4. 142, 7. 144, 6. 145, 11. 147, 3. 19
Hermaphroditus 5, 215
Hermione 105, 14
Hero 33, 18. 86, 27
Herse 5, 211
Hesione 65, 12. 86, 8. 90, 8
Hesperie 9, 11
Hesperides 9, 10. 25, 8. 65, 19
Hestyaea † 11, 5
H(i)erophilus 150, 8
Hilagus † 86, 21
(Hi)laira 81, 15
Himantes 13, 8
Hippalcimus 47, n. 23
Hippalcus 83, 23
Hippasus 28, 21. 47, n. 23. 48, 10. 86, 24
Hippe 44, 16
Hippocoon 29, 2. 42, 25. 48, n. 65, 21. 149, 1
Hippodamia 47, n. 23. 66, 18. 83, 7. 135, 23. 140, 4
Hippodamus 100, 15
Hippolyte 16, 5. 64, 19
Hippolytus 57, 14. 72, 6. 138, 11. 139, 9
Hippomedon 77, 24. 78, 13
Hippomenes 117, 10
Hip(p)onous 77, 18. 135, 10
Hippotes 56, 5
Hippothoe 16, 4. 33, 5. 54, 24
Hippothous 28, 19. 86, 24. 119, 14. 136, 21. 139, 17
Histria 53, 23
Horae 12, 6
Hortini (classica invenere) 151, 7
Hyacinthus 5, 218. 133, 11. 146, 3
Hyades 35, 20. 122, 23
Hyale † 33, 3
Hyas 122, 20. 138, 5.
Hydra 12, 19
Hylactor 37, 10
Hylaeus 37, 8
Hylas 46, 7. 48, 8. 146, 6
Hyllus 15, 10. 137, 6
Hyparete † 33, 8
Hypeirochus 86, 24
Hyperantus † 33, 17
Hyperasius 47, 1
Hyperbius 33, 21
Hyperenor 35, 2
Hyperion 10, 2. 11, 15. 86, 25

Hyperm(n)estra 31, 21. 34, 2. 48, n. 77, 21
Hypseus 14, 1. 38, 6
Hypsipyle 50, 8. 79, 8. 103, 14. 140, 11
Hyrieus 125, 9
Hyrmine 46, 4
Haera 10, 16
Ialmenus 15, 2. 90, 6
Ianassa 10, 18
Ianira 10, 18
Ianthe 11, 5
Iapetus 10, 12. 11, 14. 23, 1. 29, 1
Iasion [138, 16.] 145, 12
Iasius 78, 2
Iason 28, 14. 43, 18, 44, 9. 49, 6. 7. 52, 17. 53, 6. 54, 4. 120, 2. 133, 16. 137, 10. 147, 16
Icarius 112, 14. 132, 9
Icarus 69, 19. 121, 8
Ichnobates 37, 6
Ida 19, 4
Idas 28, 15. 46, 16. 49, 14. 81, 14. 93, 12
Idea 32, 18. 122, 3
Ideus 29, 14
Idmon 46, 10. 48, 14. 51, 13. 138, 4
Idomeneus 82, 12. 90, 22. 101, 9. 145, 19
Idothea 35, 15. 102, 19
Idyia 12, 14. 55, 1
Ienius† 10, 9
Iliona 86, 27. 98, 11. 134, 2. 136, 4. 140, 9
Ilium 99, 3. (30, 3?)
Ilius† 15, 6
Iltonomus† 33, 16
Inachus 11, 10. 13, 4. 23, 13. 24, 10. 106, 3. 133, 4
Incestum 9, 16
Indi 27, 11
Indus 11, 9. †argenti inventor 149, 13
Ino 35, 1. 38, 7. 13. 40, 3. 132, 15. 134, 1. 135, 16
Intemperantia 9, 14
Invidia 11, 20
Io 13, 4. 24, 11
Iobates 60, 7
Iocasta 72, 19. 73, 3. 136, 13. 140, 3
Iolaus 28, 14. 48, n. 95, 5. 147, 21
Iolcos 29, 4. 54, 16
Iole 65, 24. 67, 7
Iovis 65, 11. 151, 10. 125, 9. 131, 4. vide sub voce Iupiter
Iphiclus 28, 14. 44, 17. 47, 9. 48, n. 95, 5
Iphidamas 100, 15
Iphigenia 92, 18. 103, 22. 105, 6. 133, 8. [144, 15]
Iphimachus 94, 24
Iphimede 56, 20
Iphinoe 50, 11
Iphinome 16, 4
Iphis 51, 14
Iphitus 45, 17. 77, 19
Ira 9, 12
Irene 36, 10
Irus 45, 11. 14. 110, 22
Ischys 128, 7
Isis 24, 20. 153, 13
Ismarus oppidum 106, 10
Ismene 73, 23
Ismenus 11, 9
Italus 111, 21
Itea† 34, 1
Ithaca 29, 5. 106, 9. 109, 15. 110, 2. 111, 12
Itys 71, 13. 133, 17
Iuno 11, 16. 12, 2. 3. 4. 17, 1. 7. 19, 2. 17. 44, 4. 52, 15. 58, 16. 66, 5. 87, 22
Iupiter 11, 16. 12, 2—9. 15, 7. 17, 1. 6. 18, 1. 15. 19, 16. 23, 2. 24, 5. 51, 20. 57, 15. 58, 16. 27. etc. — vide sub voce Iovis.
Iusiurandum 9, 14
Iustitia 113, 9
Iuventus 12, 4
Ixion 46, 3. 61, 19. 66, 14. 81, 1
Labdacus 42, 12, 72, 18. 80, 4
Labros 37, 10
Lacaena 37, 18
Lacedaemon 13, 7
Lachesis 9, 9. 27, 22
Lacon 37, 9

lacus 11, 21
Ladon 37, 8
Laelaps 37, 7. canis 120, 18
Laërta 28, 16. 89, 2. 121, 4. 128, 3
Laestrygones 107, 11
Laethusa † 71, 9
Laius 42, 11. 72, 18. 73, 3. 80, 4. 83, 25
Lampetie 13, 12
Lampon 64, 18
Lampus 37, 15
Laocoon 47, 8. 115, 1
Laodamia 95, 8. 135, 23. 139, 7. 141, 22
Laodice 86, 27. 94, 14
Laomache 16, 5
Laomedon 65, 12. 86, 2. 138, 13
Lapithae 66, 20
Lares 17, 12
Larisa 24, 10
Latinus 111, 20
Latona 11, 12. 12, 7. 17, 15. 18, 1. 42, 12. 59, 5. 16
Leaene 37, 18
Learchus 38, 7
Leda 13, 3. 46, 13. 80, 10. 131, 15
Leitus 90, 1. 101, 4
Lemniades 50, 7. 141, 17
Lemnus 50, 5
Lena 14, 5
Leodaci † 45, 15
Leodoce 15, 1
Leonteus 61, 19. 82, 13. 91, 5. 101, 9
Lernaea hydra 64, 3. Lernaeus fons 25, 14. 32, 5
Lernus 47, 11
Lerta † 43, 6
Letum 9, 3
Leucippe 47, 10. 121, 6
Leucippus 14, 5. 15, 1. 29, 2. 81, 15
Leucites † 15, 10
Leucon 14, 1. 37, 11
Leuconoe 15, 7
Leucothea 39, 3. 47 n. 23. 132, 15
Leucothoe 10, 21. 109, 7
Liber 5, 230. 13, 1. 19, 20. 20, 12. 35, 12. 39, 2. 6. 41, 13. 47 n. 23. 70, 18. 112, 7. 14. 113, 12. 122, 8. 131, 12. 132, 1. 139, 3
Libera 132, 1
libertas 12, 5
Libye 13, 14. 15, 4. 25, 4
Libys 114, 20
Lichas 67, 14
Licoterses 38, 4 cf. Lycotherses
Lidus † 16, 2
Ligea 10, 19
Limnoria 10, 15
Linus 10, 8. 147, 24
Lotophagi 106, 11
Lucifer 15, 7. 63, 1
[Lucifera 145, 1]
[Lucretia 142, 2]
Luctus 9, 13
Luna 11, 15. 12, 9. 64, 2
Lycabas 114, 20
Lycaon 13, 10. 30, 8. 17. 86, 18. 132, 2. 133, 6
Lycisce 37, 11
Lycomedes 89, 13
Lycopeus 30, 5
Lycoreus 15, 7
Lycorias 10, 20
Lycormas flumen 134, 20
Lycotherses 134, 10. 140, 15
Lycurgus 28, 22. 46, 25. 113, 21. 123, 3. 134, 22
Lycus 14, 8. 15, 2. 41, 2. 21. 50, 20. 51, 10. 65, 14. 79, 9. 80, 7
Lydi 150, 24
Lynceste 37, 18
Lynceus 28, 15. 29, 14. 31, 23. 34, 2. 46, 16. 49, 10. 71, 9. 81, 14. 145, 10
[Lyncus 144, 1]
Lysianassa 86, 26
Lysimeles 9, 4
Macareus 5, 207. 15, 7. 133, 15. 135, 1
Machaon 82, 13. 90, 19. 98, 2. 100, 14
Machimus 37, 16
Maeandrus 11, 10
Maera 10, 18. 112, 18

Magnesia 29, 5
Maia 11, 19. 12, 9. 123, 10. 139, 14
Maleas 5, 217
Mansueden † 49, 5
Manto 112, 1
Marathonius taurus 69, 3
Mare 9, 17. 11, 4
Maron 102, 9. 116, 23
Mars 5, 231, 12, 2. 9. 21, 15. 27, 20. 28, 14. 53, 5. 64, 19. 65, 9. 71, 3. 126, 10. 131, 1
Marsyas 19, 6. 15. 122, 4
Mauritania insula 152, 5
Mausoli monumentum 131, 2
Medea 12, 14. 39, 23. 49, 1. 52, 22. 53, 14. 54, 2. 15. 55, 12. 133, 16
Media terra 56, 19
Medon 114, 20
Medus 55, 13. 56, 2. 137, 7
Medusa 12, 22. 26, 1. 54, 24. Priami filia 86, 26
Megapenthes 137, 1
Megara 65, 15. 75, 13. 134, 15
Megareus 14, 5. 117, 11
Meges 90, 7
Melampus 37, 6. 16
Melanchaetes 37, 12
Melaneus 37, 11
Melanippe 117, 21
Melanthius 110, 23
Melas 39, 20. 49, 2. 52, 16. 114, 20
Meleager 27, 20. 28, 8. 19. 29, 7. 47, 7. 78, 1. 93, 4. 134, 2. 136, 19. 147, 19
Melicerta 147, 11
Melicertes 38, 7. 24. 39, 2. 132, 16. 134, 1
Melie 11, 5. 14, 12. 51, 6
Meliphron 9, 4
Melisseus 35, 15
Melite 10, 15
Melpomene 22, 1. 11. 108, 9
Memnon 100, 6. 131, 6
Memphis 151, 13
Mendacium 9, 13
Menelaus 80, 20. 82, 10. 85, 18. 89, 1. 90, 2. 97, 19. 98, 1. 99, 14. 23. 100, 20. 101, 7. 102, 8. 19. 148, 9
Menephron 140, 6
Menestheus 82, 13. 90, 11
Menesto 11, 7
Menippe 11, 7
Menodice 46, 8
Menoeceus 55, 4. 72, 19. 73, 12. 74, 3. 135, 4
Menoetius 45, 13. 90, 6
Mercurius 5, 229. 12, 9. 18, 18. 23, 9. 16. 28, 10. 42, 9. 49, 21. 61, 21. 62, 17. 66, 10. 88, 1. 97, 11. 107, 18. 125, 9. 127, 10. 132, 8. 139, 14. 152, 23. 153, 7
Meriones 82, 14. 90, 23. 101, 8
Mermerus 55, 1. 133, 16
Merope 11, 19. 12, 14. 27, 6. 116, 11. 117, 11. 123, 9
Mesembria 36, 13
Messene 29, 4
(M)estor 86, 28
Metalces 33, 7
Metapontus 118, 4
Midamus † 33, 14
Midas 122, 3. 149, 16
Minerva 6, 266. 12, 3. 18, 14. 19, 1. 20, 2. 21, 7. 23, 2. 24, 14. 31, 13. 49, 16. 54, 7. 64, 7. 87, 22. 97, 18. 101, 22. 109, 21. 110, 16. 128, 18. 151, 11. 153, 15
Mineus † 33, 5
Minos 13, 5. 28, 17. 34, 14. 47, n. 23. 48, n. 57, 13. 69, 9. 70, 1. 115, 9. 126, 13. 132, 1
Minotaurus 69, 5
Minyas 48, 7. 49, 19
Miseria 9, 6
Mnemosyne 12, 9
M|nesimachus 77, 24
Mnestheus † 148, 15. 149, 15
Moeros 142, 9
Molpe 12, 11
Moneta 10, 4. 12, 7
Monuste † 33, 14
mophius? 10, 7
Mopsus 28, 19. 45, 9. 48, 23. 111, 23

Mors 9, 3
Murus in Babylonia 131, 7
Musae 12, 8. 19, 9. 132, 7
Musice 36, 11
Mycenae 64, 15. 103, 3. 10. 152, 3
Myrmidon 45, 1. 58, 23. 89, 25
Myrmidone 33, 5
Myrtilus 83, 16. 132, 16
Myrtoum pelagus 83, 21
Mysia 104, 9
Mythidice† 77, 26
Naiades 36, 17
Nape 37, 8
Narcissus 5, 214. [146, 4]
Nasamo 48, 22
Naxus insula 114, 11
Naubotus 47, 11
Nauplii 138, 8
Nauplius 46, 9. † 26. 30, 3. 96, 5. 101, 24
Nausicaa 109, 11
Nausithous 108, 1
Naxos ins. 152, 21
Neaera 136, 2
Nebrophonus 37, 7
Nebula 38, 5. 13
Neleus 14, 7. 42, 25. 48, n. 46, 22. 65, 21. 90, 14
Nemertes 10, 18
Nemesis 9, 6
Nemeus leo 64, 1
Neoptolemus 91, 10. 98, 2. 100, 9. 21. 101, 12. 105, 17. 124, 5
Neptunus 5, 228. 6, 265. 11, 16. 12, 1. 2. 15, 6. 18, 3. 14. 26, 1. 27, 3. 32, 2. 39, 8. 43, 2. 11. 46, 9. 47, 2. 49, 9. 51, 6. 59, 21. 65, 14. 86, 1. 106, 16. 109, 5. 115, 3. 117, 22. 118, 26. 119, 27. 125, 9
Nereides 10, 14. 62, 15. 97, 8
Nereïs 59, 7. 86, 28
Nereus 10, 14. 14, 2
Nesaea 10, 15
Nessus 65, 25. 66, 22. 134, 12
Nestor 43, 5. 90, 4. 148, 3
Niavius† 33, 10
Nilus 11, 8
(Ninus 134, 13)
Nioba 13, 3. 24, 5. 42, 13. 46, 23
Niobidae 43, 5
Nireus 82, 10. 91, 1. 100, 14. [145, 15]
Nisus 126, 10. 135, 6. [143, 17.] 148, 21
Nonacrina 31, 2
Nox 9, 2. 3
Notus 11, 18
Nubes 66, 14
Nycteus 13, 5. 41, 1. 15
Nyctimene 128, 16. 140, 5
Nysa 35, 17
Nysus 13, 15. 20, 18. 35, 13. 113, 12
Oblivio 9, 15
Obrimus 33, 4. 37, 17
Oceanitides 11, 5
Oceanitis 27, 7
Oceanus 10, 2. 13, 1. 16, 8. 23, 13. 30, 19. 35, 15
Ocydrome 37, 19
Ocydromus 37, 16
Ocypete 37, 19. 47, 16
Ocythous 37, 16
Oeager 19, 7. 44, 10. 49, 15
Oeax 102, 11
Oebalus 46, 16. 80, 13
Oechalia 29, 5. 63, 8. 67, 8
Oecleus 48, n. 77, 21. 111, 24
Oedipus 73, 2. 80, 6. [135, 12.] 140, 3
Oeme 33, 15
Oeneus 27, 19. 29, 7. 28, 5. 20. 30, 1. 47, 7. 9. 67, 11. 77, 7. 112, 7
Oenomaus 15, 1. 47, n. 29. 83, 6. 136, 10. 138, 14. 140, 4
Oenone insula 58, 16
Oenope 14, 5
Oetaeus mons 67, 23
Ogygia 43, 13. 77, 17
Oileus 45, 13
Olympus 19, 14. 147, 23
Omphale 66, 10
Opheltes 79, 9. 114, 20
Ophites† 65, 16

Opis 10, 20. 17, 1. 4
Ops 10, 3. 11, 16. 90, 18
Orchomenus 38, 7. 134, 3
Orcus 17, 2
Oresitrophus 37, 12
Orestes 94, 6. 102, 15. 103, 1. 105, 6. 106, 7. 136. 22. 140, 9. 142, 3. (144, 19)
Orias 37, 19
Oribasus 37, 7
Orion 46, 8. 125, 14
Orithyia 10, 19. 47, 13. 52, 3
Orontes 11, 11
Orpheus 44, 10. 48, 17. 49, 15. [139, 10.] 147, 24
Orthosie 36, 10
Ortygia 18, 5. 59, 3
Ossa 57, 4
Otos 56, 20
Otrere 16, 4
Oxyroe 37, 19. 64, 19. 100, 4. 131, 1. 133, 4
Ozomene † 47, 15
Pachitus † 37, 17
Pactolus flumen 122, 18
Palaemon 14, 13. 39, 4. 132, 17
Palaemonius 47, 10
Palamedes † 15, 4. 89, 6. 96, 5. 102, 1. 153, 1
Pallas 10, 8. 11, 13. 20. 136, 18
Pammon 86, 20
Pamphagus 37, 7
Pan [122, 4.] 125, 17. 132, 6. 150, 25
Pandarus 99, 16
Pandia 12, 9
Pandion 55, 12. 68, 3. 71, 3. 72, 16. 120, 3
Pandora 23, 4
Panope 10, 17
Panopes 148, 22
Panthius 32, 18
Panthous 101, 14
Parcae tres 9, 8. 27, 21. 29, 8. 152, 22
Paris sub voce Alexander
Parnassus 17, 14. 18, 6. 10. 117, 17
Paros 152, 21
Parthaon 28, 5. 30, 1. 47, 8. 112, 7. 135, 3
Parthenius fons 37, 2
Parthenopaeus 78, 1. 14. 93, 8. 145, 17
Pasiphae 12, 12. 13, 11. 48, n. 64, 15. 69, 10. 115, 9. 132, 1
Pasithoe 11, 6
Patroclus 82, 19. 90, 6. 97, 2. 99, 22. 101, 11. 142, 5. 145, 18
[Patron 148, 22]
Pegasus 12, 22. 24, 9. 20. 26, 2. 60, 11
Pelasgici hostes 51, 2
Pelasgus 30, 8. 106, 4. 132, 18
Pelethronius 149, 10. (frenorum inventor)
Peleus 28, 15. 45, 20. 49, 13. 59, 13. 87, 19. 142, 6. 147, 18
Peliades 54, 23
Pelias 14, 8. 43, 15. 54, 14. 57, 18. 147, 15
Pelion 57, 4
Pelopia 54, 24. 84, 10. 85, 1. 136, 14. 140, 4. 10
Pelops 42, n. 23. 82, 15. 83, 1. 106, 5. 136, 10. 147, 4
Pelorus 10, 8. 35, 2
Pemphredo 11, 1
Peneleus 82, 10. 90, 27. 101, 2
Penelope 109, 18. 110, 12. 111, 16. 132, 8. 141, 21
Peneus 15, 9. 128, 12
Penthesilea 16, 5. 100, 4
Pentheus 37, 21. 80, 5. 134, 6
Perdix 69, 7. 137, 8. 150, 21
Periandrus 124, 5. 130, 13
Periboea 72, 20. 74, 6
Periclymene 44, 19
Periclymenus 14, 6. 43, 1. 46, 22. 47, 6
Perius 63, 3
Perrhaebia 29, 4
Perse 12, 12
Perseis 13, 11
Perseon 45, 15
Perses 11, 13. 12, 12. 56, 1. 137, 7

Perseus 13, 4. 61, 2. 62, 17. 131, 11. 137, 1. 146, 17. cond. Mycenas 152, 3
Petulantia 9, 6
Phaeacum insula 109, 10
Phaedimus 43, 10
Phaedra 70, 22. 71, 7. 136, 6
Phaesyla 122, 22
Phaethon 12, 14. 13, 12. 26, 9. 138, 11
Phaethontides 12, 14
[Phalaris 142, 20.] 143, 2
Phalerus 46, 1
Phegea 86, 29
Phegeus 137, 3
Phemius 82, 10
Pheres 28, 16. 44, 12. 133, 16
Pheretes 55, 2
Pherusa 10, 16. 36, 8
Phicomone † 32, 19
Phidippus 82, 14
Philammon 15, 7. 127, 11
Philea † 33, 8
Philina 33, 8
Philoctetes 48, n. 67, 22. 82, 15. 90, 126. 94, 17. 100, 8. 101, 7. 142, 7
Philomela 32, 18. 71, 5. 86, 29. 90, 6
Philonis 63, 1. 127, 9
Philottus 14, 13
Philyras 11, 16. 16, 10
Phineus 47, 16. 51, 16. 52, 4
Phintia 140, 20
Phisadie † 81, 12
Phlegon 36, 5
Phlegyas 15, 5. 128, 6
Phlegyonas † 137, 10
Phlias 46, 4
Phlogius 49, 3
Phocus † 91, 7. 45, 21
Phoebe 11, 12. 81, 15
Phoenix 29, 1. 34, 16. 90, 3. 142, 6
Phorbas 46, 3. 51, 14
Phorcides 11, 1
Phorcus 11, 1
Phoroneus 13, 8. 23, 13. 24, 3. 5. 106, 3. 133, 3. 149, 18
Phrasius 59, 23
Phrixus 38, 5. 49, 1. 52, 16. 53, 5. 120, 1. 137, 13
Phrontis 39, 20. 49, 2. 52, 17
Phryges 96, 15. 115, 7. 148, 10
Phthia 29, 4
Phylax 44, 17
Phyllis 60, 24. 136, 8
Phyllodoce 10, 19
Pierus 133, 7
Pilus † 147, 20
Piranthus 24, 7. 8. 106, 3
Pirene 33, 20
Pirithous 13, 10. 46, 2. 66, 18. 81, 1. 139, 9. 142, 3
Pirois 36, 5
piscium genera 11, 4
Pisidice 54, 24
Pisinoe 12, 11
Pittacus 130, 13
Pittheus 46, 2. 68, 4
Pityocamptes 68, 13
Pleiades 123, 5
Pleione 11, 19. 122, 19
Pleuron 29, 4
Plexippus 28, 18. 29, 14. 32, 19. 33, 19. 136, 20
Plisthenes 84, 6. 137, 5. 15
Pluto 11, 16. 13, 8. 20, 20. 81, 6
Podalirius 82, 13. 90, 20
Podarces 86, 14. 90, 20
Podargus 64, 18
Podasimus † 33, 21
Poeas 48, n. 94, 17
Poemenis 37, 8
Pola 54, 13
Polites 86, 18. 148, 4
Polus 10, 3. 11, 12. 17, 16
Pollux (vide sub voce Castor) 51, 18
Polybe 33, 16
Polybus 48, 3. 72, 20. 73, 5. 74, 4
Polyctor 33, 15
(Polydamas) 100, 16. 101, 15
Polydectes 62, 5. 147, 1
Polydora 16, 5
Polydorus 35, 6. 78, 13. 80, 4. 86, 21. 98, 11. 140, 10
Polyidus 112, 2. 115, 17. 139, 12

Polymedon 86, 19
Polymnestor 134, 13. Polym(n)estor 98, 12
Polynices 73, 23. 74, 12. 75. 77, 4. 140, 8
Polyphemus 44, 16. 48, 10. 106, 16
Polyphontes 116, 10
Polyhymno 35, 17
Polypoetes 82, 10. 91, 4. 101, 11
Polyxena 33, 12. 86, 26. 99, 6
Polyxenus 82, 14. 90, 16
Polyxo 50, 12. 122, 23
Pontus 9, 18. 10, 13. 11, 4
Porphyrion 9, 5
Portunus 39, 4
Potestas 11, 20
Priamus 86, 15. 87, 1. 97, 10. 98, 4. 100, 21. 148, 2
Priapus 15, 3
Priasus 47, n. 23
Pristis navis 148, 15
Procne 133, 17. 141, 16
Procris 120, 3. 134, 17. 140, 4
Procrustes 68, 17
Proetus 60, 3. 62, 22
Progne 71, 3
Prometheus 11, 14. 23, 1. 7. 59, 8. 65, 14
Proneus 86, 19
Propontis 50, 21. 51, 10
Proserpina 12, 6. 20, 12. 20. 21, 1. 22, 11. 81, 6. 139, 3
Protesilaus 82, 11. 90, 19. 95, 7. 100, 11. 101, 2. 139, 7
Protheon 33, 8
Proteus 32, 19. 102, 18. 112, 5
Protho 10, 16
Prothoenor 90, 5
Prothous 82, 14. 90, 21
Protodamas 86, 23
Protogenia 13, 7
Pterelas 37, 8
Pugna 9, 16
Pugnon† 33, 18
Pygmalion 59, 23
Pylades 103, 3. 105, 15. 142, 2. [144, 9]
Pylaemenes 100, 20
Pylon 45, 17
Pyramides 131, 9
[Pyramus 135, 11]
Pyrante 33, 9
Pyrantis† 33, 19
Pyremus† 44, 12
Pyrrha 13, 6. 23, 5. 26, 14. 19
Pythagoras 99, 23
Pythia (ludi) 18, 13
Pythius 18, 11
Python 17, 13. 18, 1. 59, 4
Rhadamanthus 13, 5. 34, 14
Rhene 90, 13. 152, 21
Rhesus 100, 19
Rhodope 11, 7. 114, 1
Rhodus 5, 208. 152, 14
Rhoecus 10, 9
Romani 82, 4
Romulus et Remus 139, 18
Sacus† (auri inventor) 149, 12
Sagnos† 37, 19
Salamin 29, 5
Salius 148, 22
Salmoneus 14, 8. 61, 7. 16. 139, 1
Sardinia 152, 7
Sardo cond. Sardis 152, 2
Sarpedon 13, 5. 34, 14. 97, 3. 99, 22. 100, 14. 101, 13. 148, 5
Saturni templum 145, 8
Saturnus 10, 3. 11, 16. 17. 16, 7. 17, 1. 2. 5. 25, 7. 36, 6. 59, 12. 130, 8
Satyri 19, 7
Satyrus 31, 24
Scamandrus 11, 10
Schedius 90, 8
Schoeneus 29, 3
Sciron 68, 21. 117, 3. 129, 3
Scylla 12, 17. 25, 15. 32, 19. 108, 15. 126, 13. 127, 3
Scylla navis 148, 17
Scytha 19, 13
Selinuntius 142, 14
Semele 13, 2. 20, 13. 35, 5. 10. 42, 2. 131, 12. 139, 3
Semiramis 131, 7. (134) 136, 15. cond. Babyl. 152, 3
Senectus 9, 6

Sergestus 148, 16
Seriphus insula 62, 3. 152, 21
Siboe † 43, 11
Sibylla Samia 112, 6
Sicilia 108, 18. 152, 7
Silenus 122, 9
Simois 11, 9
Simon † 114, 21
Simonides 153, 2
Sinon 98, 8
Sipylus 43, 11
Sirenes 12, 11. 22, 17. 108, 9
Sisyphus 61, 7. 127, 19. [147, 12]
Smyrna 60, 15. 135, 9. 152, 2
Socordia 9, 15
Sol 11, 15. 12, 12. 14. 18, 1. 22, 4. 26, 9. 27, 7. 39, 9. 47, n. 23. 48, 2. 53, 1. 56, 1. 69, 10. 84, 18. 107, 13. 129, 1
Solis pecus 108, 18
Solis signum (Rhodi) 131, 3
Solon 130, 13
Somnus 9, 4
Somnia 9, 4
Soter 36, 5
Sparta 29, 4
Spartoe 34, 25
Sphincius 38, 6. 134, 3
Spinther 14, 13
Sphinx 25, 16. 73, 13
Spio 10, 15
Sponde 36, 12
Sterope 15, 1. 36, 4. 123, 9
Steropes 10, 1
Sthenebοea 60, 6. [135, 18]
Sthenelus 30, 4. 82, 11. 90, 11. 98, 1. 137, 6. 142, 5
Sticte 37, 10
Stilbon 37, 14
Strophades 52, 4
Strophius 102, 16
Strymon 11, 8
Stymphalides aves 64, 12
Styx 9, 6. 11, 20
Suculae 122, 24
Superbia 9, 16
Sycion † 152, 17
Syria dea 126, 6
Syrus 37, 14
Taenaros 29, 4
Talaus 74, 14. 76, 15
Talthybius 91, 8
Tanaïs 11, 10
Tantalus 13, 8. 42, 13. 43, 6. 82, 15. 106, 5. 137, 5. 15
Tartarus 9, 18. 10, 6
Taurica insula 50, 10. terra 103, 14
Taurus 64, 15
Taygeta 123, 9
Taygete 13, 8
Tegea 29, 5
Telamon 28, 15. 45, 20. 22. 49, 13. 86, 8. 147, 15
Telegonus 108, 1. 111, 11
Telemachus 89, 7. 109, 21. 111, 16
Telemus 106, 17. 112, 4
Teleon 45, 13. 24. 48, 16
Telephon 116, 19
Telephus 15, 10. 93, 7. 136, 21. 139, 15. 148, 5
Tellus 130, 6
Temenus 106, 8. 129, 6
Tenedos 98, 3. 115, 3. 152, 18
Tenos 152, 20
Tereus 71, 3. 133, 17. 137, 14
Terra 9, 17. 18. 10, 6. 13. 17, 13. 59, 16. 65, 4. 128, 13
Tethys 10, 2. 30, 19. 31, 3
Teucer 82, 12. 86, 17. 90, 8. 101, 12
Teuthras 93, 10. 94, 1
Thales 130, 13
Thalia 10, 14
Thallo 36, 10
Thalpius 82, 13. 90, 14
Thaumas 10, 13. 47, 15
Theano 118, 5
Thebae † 50, 19. hecatonpylae 151, 10. heptapylae 151, 16
Thelxiope 12, 11
Themis 12, 6. 36, 7
Themistagora 33, 21
Themisto 14, 1. 38, 6. 11. 40, 2. 134, 3. 136, 4

Theoclymenus 112, 4
Theodamas 10, 11
Theonoe 121, 7. 142, 1
Theophane 39, 8. 119, 20
Thera 77, 16
Theridamas 37, 12
Therimachus 65, 16. 76, 14
Theriomachus 16, 1
Theriope 37, 17
Theriphone 37, 19
Thermodoon 11, 10. 52, 20
Theron 37, 8
Thersander 77, 10. 78, 12
Thersanor 47, n. 23
Theseis 16, 5
Theseus 28, 17. 46, 1. 60, 24. 64, 21. 68, 9. 69. 70. 72. 81, 1. 119, 14. 134, 16. 136, 18. 139, 8. 142, 4. 145, 19
Thesimenes † 78, 14
Thessalia 29, 5
Thessalus 133, 1
Thessander 98, 1
Thespiadae 16, 3
Thespius 16, 3
Thesprotus 84, 20. 85, 11
Thestius 13, 3. 14, 9. 27, 9. 28, 18. 29, 7. 48, n. 46, 14. 47, 9. 77, 26. 112, 8
Thestor 112, 3. 121, 6
Thetis 59, 7. 87, 19. 89, 11. 97, 7
Thia 11, 15
Thiodomas 46, 7
Thisadie † 88, 11
[Thisbe 136, 15]
Thoas 50, 9. 79, 8. 82, 14. 90, 18. 98, 2. 101, 4. 103, 14. 104, 17. [144, 17]
Thoë 10, 15
Thous 37, 9
Thracia 16, 7
Thrasymedes 90, 17. 101, 5
Thrax 15, 2
Thressae uxores 50, 6
Thyestes 83, 24. 84. 102, 13. 103, 9. 106, 6. 137, 14. 140, 3. 143, 19
Thymbraeus 115, 5
Tigris 11, 9. 37, 10
Timor 9, 15
Tiphys 46, 3. 48, 12
Tiresias 74, 14. 75, 17. 79, 21. 108, 20. 112, 1
Tisamenus 106, 8
Tisiphone 10, 5
Titan 58, 25
Titanes 9, 18. 13, 1
Titani 20, 12. 25, 6
Titanida 36, 7
Tithonus 120, 7. 145, 16
Tityus 47, 3. 59, 16
Tlepolemus 15, 10. 82, 11. 90, 21. 100, 14
Trapezus 151, 14
Triopas 24, 9. 106, 4
Triptolemus 21, 2. [144, 1.] 153, 9
Trite 33, 4
Triton 12, 1
Tritonis 48, 22
Troia 97, 14
Troiani 97, 3
Troilus 86, 19. 100, 19
[Tullia 141, 19]
Tusci 114, 9
Tydeus 30, 3. 77, 7. 78, 1
Tymolus 122, 2
Tyndareus 80, 12. 102, 10
Typhon 10, 11. 12, 16. 25, 12. 64, 22. 65, 2. 73, 13. 108, 15. 125, 17
Tyrrheni 114, 9
Tyrrhenum mare 114, 19
Tyrrhenus (tubae inventor) 150, 26
Tyro 14, 8. 43, 15. 61, 9. 134, 4. 140, 17
Udaeus 35, 2
Ulixes [Ulysses] 89, 2. 90, 9. 92, 21. 94, 11. 96, 5. 97, 19. 98, 1. 99, 10. 102, 8. 106, 9. 127, 8. 128, 4. 139, 13. 144, 14
Ultio 9, 3
Urania 15, 8. 37, 17
Urea 15, 6
Venus 12, 2. 9. 19, 2. 21, 15. 50, 5. 53, 15. 60, 16. 69, 2. 87, 22. 99, 14. 117, 11. 126, 5. 144, 6. 145, 14

Vesta 11, 16
Victoria 11, 20
Virbius 139, 10
Volatos † 37, 19
Vulcanus 12, 13. 18, 9. 19, 16. 20, 2. 21, 15. 23, 2. 69, 2. 97, 7. 133, 14
Xanthe 16, 4
[Xanthippe 140, 16]
Xantho 10, 19
Xanthus 24, 10. 33, 7. 64, 18
Zephyrus 11, 18. 37, 15
Zetes 47, 13. 49, 11. 52, 2. 147, 16
Zethus 13, 4. 41, 8. 18. 80, 9
Zeuxippe 45, 22
Zminthe insula 104, 7
Zmyrna 139, 11

Ienae, typis Fr. Frommanni.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ministry of Health
Government of Pakistan
Name
Father's Name
Date of Birth
Blood Group